FRIDERICI HENR. HUG. WINDISCHMANNI

PHILOSOPHIAE DOCTORIS

SANCARA

SIVE DE

THEOLOGUMENIS VEDANTICORUM.

Ἴδαν ἐς πολύδενδρον ἀνὴρ ὑλατόμος ἐνθὼν,
παπταίνει, παρεόντος ἅδην, πόθεν ἄρξεται ἔργω.
ΤHEOCRITUS.

BONNAE MDCCCXXXIII.

IMPENSIS T. HABICHTI.

TYPIS REGIIS.

EX OFFICINA CAROLI GEORGII.

CAR. IOS. HIER. WINDISCHMANNO

PATRI MAGISTRO AMICO

OPTIMO

UT EXSTET REVERENTIAE ET AMORIS SUI

MONUMENTUM

HUNC LIBELLUM DEDICAT

FRIDERICUS HENR. HUGO WINDISCHMANNUS.

PRAEFATIO.

In philosophia Indorum exponenda me elaborasse, alii alio nomine reprehendent. Nam iuvenem imperitum tam difficilem rem suscepisse, improbabunt ii, qui noverint, quanti sit laboris tractare philosophica scripta Gymnosophistarum, in quibus explicandis omnibus paene adiumentis caremus. Attamen hos iudices facile me exoraturum esse confido; ipsi enim sciunt, quantopere alliciant eius generis impedimenta, modo si res, in qua versamur, tanto nisu digna esse videatur. Dignam autem esse Indorum doctrinam, in quam accuratius investigetur, non est, quod harum litterarum gnaris persuadeam. Alii vero hoc ipsum negabunt omneque eiusmodi philosophandi genus et inutile et vero etiam perniciosum esse conten-

dent. Sunt enim, qui mysticam sapientiam pertaesi ubivis locorum apud nostrates mystas latere clamitent, quos si interrogaveris, quam hominum tribum nomine illo ignominioso (nam ignominiosum esse rentur) significare velint, plane diversa et mirabilia narrabunt. Scilicet illi nova mysteria a Gangeticis ripis ultro arcessi haud aequo animo ferent, cum antiqua vix concoquere possint. Quorum opprobria nihili me facere, ne quis superbiae esse opinetur. Ideo enim aggressus sum vetustissimae illius philosophiae studium, ut obscuram historiae partem, si possem, illustrare conarer, non quo novum inde humanae cognitionis fontem redundare existimem. Nam si quis divina Christianae religionis mysteria ex Indorum sapientia explicari vel adeo amplificari posse putaret, nae ille graviter reprehendendus foret, et a tali mysticismo, qui vera cum somniis miscet, me abhorrere assevero. Christianam autem doctrinam cum Indorum dogmatis comparare atque in his veritatis quasi imagines et scintillas demonstrare, res est utilissima quidem et maximi momenti, sed aliena ab huius libelli proposito, qui tantum in ipso Vedanticorum systemate explicando versatur. Quod hac ratione a me factum est, ut primo loco posuerim opuscu-

lum philosophicum, Sancarae tributum; quod doctrinae exhibet breve, ut ita dicam, compendium; addidi commentarium et versionem latinam, quia aphorismos illos non facile intelliges sine tali adminiculo. In capite secundo pauca et incerta, quae de Sancarae vita et de historia doctrinae Vedanticae novimus, composui, id potissimum curans, ne quid incaute admitterem, quod valida ratione careret. Sequitur deinceps ipsorum dogmatum quam brevissima enarratio, in qua Vedanticorum praecipua placita, ut in libris eorum inveniuntur, ordine collegi, et quae obscura viderentur, explicavi. Totius autem doctrinae caussas et originem perscrutari et quomodo in omnem Indorum vitae rationem manaverit, demonstrare, rem esse putavi et meis viribus maiorem neque necessariam. Felicissimo enim casu factum est, ut quum hunc libellum conscriberem, pater meus dilectissimus in ampliore suo de historia philosophiae opere ad eundem locum devenerit, dumque ego historico modo testimonia certa undique conquirerem, ille internas et huius doctrinae, quae vere ecstatica est et e πάϑεσι, quae vocant, magneticis oriunda, et reliquarum rationes dilucide exposuit, quod a quo melius fieri potuerit, quam ab eo, qui quaestionum philosophicarum et theologicarum

accuratam cognitionem cum arte hippocratica coniungeret, nescio. Quam multa etiam in hoc opusculo consilio eius paterno et quotidianis sermonibus debeam, enarrare longum est. Utinam docti etiam in bonarum litterarum studio me eius filium agnoscant!

Sed iam de subsidiis ratio reddenda est, quae in hoc libello conscribendo adhibuerim, ac primum quidem de opusculo philosophico in fronte posito. Nempe Lassenius, vir acutissimi ingenii, magister meus benevolentissimus, dum Parisiis commorabatur, descripsit illud in suum usum e Codice Bengalico Nr. 159, ubi quatuor folia oblonga explet. Versibus interposita sunt scholia, quorum quae ad explanandam scriptoris sententiam aliquid facere viderentur, commentario meo inserui. Ut autem edendi eius poematii mihi auctor fuit Lassenius, sic suscepti operis sollertissimus adiutor. Vellem profecto me ei quodammodo significare posse, quantopere me eius beneficiis obstrictum sentiam; ipse enim mecum philosophiae Indicae labyrinthum, iam pridem a se peragratum, denuo ingressus est et non solum meis laboribus benigne opem tulit, sed sumsit sibi etiam, ut ipse suo mihi exemplo praeluceret, locum gravissimum e philosophia Brahmanica illu-

strandum. Sed redeam ad opusculum illud, de cuius titulo et aetate infra monui, ubi tamen scribendi errore वाक्यशुधा positum est, cum legendum sit वाक्यसुधा h. e. *nectar orationis.* Dictio est brevis et concisa, sed eam ob caussam obscurissima, ita ut saepe de ea explicanda desperaverim. Magno tamen mihi usui fuit ad expediendas eiusmodi difficultates Vedantasara Sadanandae, cuius nitida editio prodiit Calcuttae a. 1829; adhibui etiam Nyaya-Sutrani Gotamae, aliosque libros partim impressos partim manuscriptos, quos hic recensere non opus est. Sariraca seu Brahma-Sutrani Badarayanae cum commentario Sancarae, opus in ipsa Anglia rarissimum, praebuit mihi bibliotheca Schlegeliana, quae talibus cimeliis abundat; sic etiam editione Calcuttensi quatuor Upanishadum cum scholiis Sancarae, a Ram-Mohun-Roy curata, uti mihi licuit, cuius libri lectio magnum in me excitavit desiderium reliquas Upanishades cognoscendi, quae neglectae iacent in thesauris Londiniensibus. Quo maius autem erat hoc desiderium, eo minus aderat spei, id unquam expletum iri, fecique paucis, quos habebam, libris contentus scribendi huius opusculi initium. Quum vero ante hunc annum Rosenius, vir eruditissimus, in quo utrum magis doctrinae copiam an

animi candorem admirari debeas, dubium est, is igitur quum huc venisset, etiam me meosque conatus comiter respexit, seque hanc opellam adiuturum esse pollicitus est. Et en: vix aliquot hebdomades praeterierant, quum litterae Bohlenii, viri clarissimi, Regiomontio afferrentur, in quibus se de meo incepto per Rosenium audisse scripsit et usum Manuscripti Chhandogyae Upanishadis, quem ipse a Rosenio dono acceperat, ultro mihi obtulit. Vides quantus sit in utroque viro litterarum amor; nam quod ego nulla ipsis laude notus neque necessitudinis vinculo coniunctus nunquam sperare potueram, id ob rei, quam tractabam, gravitatem mihi libenter concesserunt neque tironem aspernati sunt, modo ut hoc novum et incultum studiorum genus, quod ipsi strenue et eximio cum successu promovent, etiam in aliis foverent et adiuvarent. Sed codicem illum, quem Bohlenius mihi misit, paucis describam. Est liber chartaceus, devanagaricis litteris scriptus, foliis oblongis, in duas partes divisus: prima continet quinque priora capita paginis XLIII, secunda tria reliqua paginis XXVI. In fine libri addita est anni nota, ut videtur annus MDCCCXXIV aerae Vicramadityae h. e. annus MDCCLXVIII. nostrae. Erat olim,

Wilhelmi Jonesii; nam in initio et in fine MS. nonnulla Anglico sermone adscripta sunt, quae ab eius manu profecta esse et comparatio cum autographo in eius operibus edito demonstrat; et testati sunt affines viri immortalis nobilissimi, quos ea de re consului. Codex optime scriptus est, ita ut pauca tantummodo occurrant vitia, quorum pleraque aut dittographiae sunt, aut omissio syllabarum similiter sonantium. Religiosissime librarium in eo concinnando versatum esse, etiam inde concludi potest, quod aliud exemplar eiusdem Upanishadis (asservatur Londini in curia mercatorum Indiam commeantium estque numero 1656; continet textum cum commentariis Sancarae et Anandagiris; notitiam eius debeo Bohlenii liberalitati, qui varias lectiones primi capitis in margine sui libri enotavit) nonnullas tantum praebet scripturae diversitates, quae saepe nostris lectionibus multo inferiores sunt. De Upanishade ipsa repetere nolo, quae praecepit Colebrookius in dissertatione de Vedis As. Res. VIII, p. 445. Editionem se paraturum esse, promisit Bohlenius; locos quosdam longiores excerptos exhibui in capite tertio. Versionem huius Upanishadis, ut etiam caeterarum, dedit Anquetilius Duperronius in libro, qui de-

pravato nomine Oupnek'hat nuncupatus variam apud doctos fortunam expertus est; quum enim uni se in eo omnis sapientiae quasi clavem deprehendisse putarent et, quaecunque vellent, somnia et mysteria inde haurirent, alii admirabilem et indefessam editoris diligentiam plane obliti librum ficta aut saltem dubiosa continere existimarunt. Utrumque falsum; namque etsi sponte concedamus interpretes Persicos codicibus usos esse mancis, aut pro suo arbitrio nonnulla omisisse aliisque locis e commentariis addidisse, quae in textu non leguntur, plerumque tamen eorum versio sic concinit cum exemplari Sanscrito, ut si recte noveris librorum sacrorum loquendi consuetudinem, varias lectiones divinare possis, quas illi in suis antigraphis invenerant. Anquetilii autem tanta erat et tam superstitiosa in vertendo Persico cura, ut servilis Persici idiomatis imitatio nauseam saepe moveat eruditorum. Quare caute quidem et ab iis tantum, qui litterarum Indicarum periti sunt, Anquetilii opus adhiberi poterit, sed maximo cum fructu, et summopere semper laudandus erit senex venerabilis, qui ut iudicio acutiore caruerit, ita tamen nullam recusavit molestiam, nulla pericula, dum litteras, quibus vitam suam consecraverat, illustraret. In

Chhandogya interpretes Persici exemplar decurtatum secuti esse videntur. Habemus enim in versione Anquetiliana primi capitis tantum quatuor priores sectiones (Oupn. I, p. 15 — 21.); desunt deinde sectiones 5, 6, 7; sequuntur iterum duae (p. 21 — 23); finis autem (sect. 10 — 13) omissus est; sic etiam totum caput secundum cum duodecim prioribus sectionibus tertii. Integram invenimus reliquam tertii partem (p. 23 — 28), caput quartum (p. 28 — 41), quintum (p. 41 — 50), sextum (p. 50 — 65), septimum (p. 65 — 79), octavum (p. 79 — 97). — Quantopere aureae Colebrookii, viri summi, de Indorum philosophia dissertationes et praecipue ea, quam de doctrina Vedanticorum scripsit, mihi profuerint, diiudicare poterunt omnes, qui eum semel ducem secuti sunt. Eo libentius autem virum illum admirabilem magistrum veneror, quo dulcior mihi Ioannis Colebrookii, filii eius desideratissimi, memoria, quem praematura morte patri, litteris, amicis ereptum lugent omnes, qui norant iuvenem optimae indolis.

Hactenus de dote atque de subsidiis huius libelli, cuius si qua est laus, redit ad eum, cui in hoc litterarum Indicarum studio omnia me debere glorior. Tu enim Schlegeli, vir illustris-

sime, iam puero mihi ob paternam amicitiam favebas; Tui nominis auctoritate ad linguam Sanscritam discendam adductus, eximia. Tua disciplina, cuius fama Indiam ipsam permeavit, institutus ad hunc denique finem perveni, quem si Tu probaveris, meo me officio satisfecisse censebo.

Scribebam Bonnae Mense Iulio.

SANCARA

SIVE

DE THEOLOGUMENIS

VEDANTICORUM.

INDEX CAPITUM.

CAPUT I.

BALABODHANI, OPUSCULUM SANCARAE TRIBUTUM, CUM COMMENTARIO ET VERSIONE LATINA.

ॐ

॥ नमो गणेशाय ॥

रूपं दृश्यं लोचनं दृग्दृश्यं च दृक् च मानसं ।
दृश्या धीवृत्तयः साक्षी दृगेव न तु दृश्यते ॥
नीलपीतस्थूलसूक्ष्मह्रस्वदीर्घादिभेदतः ।
नानाविधानि रूपाणि पश्येल्लोचनमेकधा ॥
आन्ध्यमान्द्यपटुत्वेषु नेत्रधर्मेषु चैकधा ।
संकल्पाय मनः श्रोत्रदृगादौ योज्यतामिदं ॥
कामसंकल्पसंदेहाः श्रद्धाश्रद्धे धृतीतरे ।
ह्रीर्धीर्भीरित्येवमादीन् भासयत्येकधा चितिः ॥

नोदेति नास्तमेत्येष न वृद्धिं याति न क्षयं ।
स्वयं भात्यन्यथान्यानि भासयेत् साधनं विना ॥५॥
चिच्छायावेशतो बुद्धौ भानं धीस्तु द्विधा मता ।
एकाहंकृतिरन्या स्यादन्तःकरणरूपिणी ॥
छायाहंकारयोरैक्यं तप्तायःपिण्डवन्मतं ।
तदहंकारतादात्म्याद्देहश्चेतनतामियात् ॥
अहंकारस्य तादात्म्यं चिच्छायादेहसाक्षिभिः ।
सहजं कर्मजं भ्रान्तिजन्यं च त्रिविधं क्रमात् ॥
संबन्धिनोः सतोर्नास्ति निवृत्तिः सहजस्य तु ।
कर्मक्षयात् प्रबोधाच्च निवर्तेते क्रमादुभे ॥
अहंकारलये सुप्तौ भवेद्देहोऽप्यचेतनः ।
अहंकृतिविकाशाद्धि स्वप्नः सर्वस्तु जागरः ॥१०॥
अन्तःकरणवृत्तिश्च चिच्छायैक्यमागता ।
वासनाः कल्पयेत् स्वप्ने बोधे स्वैर्विषयान् वहिः ॥
मनोऽहंकृत्युपादानं लिङ्गमेकं जडात्मकं ।
अवस्थात्रयमभ्येति जायते म्रियते तथा ॥
शक्तिद्वयं हि मायाया विक्षेपावृतिरूपकं ।
विक्षेपशक्तिर्लिङ्गादि ब्रह्माण्डान्तं जगत् सृजेत् ॥
सृष्टिर्नाम ब्रह्मरूपे सच्चिदानन्दवस्तुनि ।
अब्धौ फेनादिवत् सर्वं नामरूपप्रसारणं ॥

अन्तर्दृग्दृश्ययोर्भेदं बहिश्च ब्रह्मसर्गयोः ।
आवृणोत्यपरा शक्तिः सा संसारस्य कारणं ॥ १९ ॥
साक्षिणः पुरतो भानं लिङ्गदेहेन संयुतं ।
चिच्छायायाः समावेशाज्जीवः स्याद्व्यावहारिकः ॥
अस्य जीवत्वमारोपात् साक्षिण्यप्यवभासते ।
आवृतौ तु विनष्टायां भेदे भाति प्रयाति तत् ॥
तथा सर्गब्रह्मणोश्च भेदमावृत्य तिष्ठति ।
या शक्तिस्तद्वशाद्ब्रह्म विकृतत्वेन भासते ॥
अत्राप्यावृतिनाशे तु विभाति ब्रह्मसर्गयोः ।
भेदस्तयोर्विकारः स्यात् सर्गो न ब्रह्मणि क्वचित् ॥
अस्ति भाति प्रियं रूपं नाम चेत्यं प्रपञ्चकं ।
आद्यं त्रयं ब्रह्मरूपं जगद्रूपं ततो द्वयं ॥ २० ॥
खवाताग्निजलोर्वीषु देवतिर्यङ्नरादिषु ।
अभिन्नाः सच्चिदानन्दा भिद्येते रूपनामनी ॥
त्रयेणैतद्द्वयं ग्रस्तं तत् त्रयं त्वेकरूपकं ।
अतः सर्वं चिदाकारं मायातीतं निरञ्जनं ॥
उपेक्ष्य नामरूपत्वे सच्चिदानन्दतत्परः ।
समाधिं सर्वदा कुर्याद्धृदये चाथ वा बहिः ॥
सविकल्पो निर्विकल्पः समाधिर्द्विविधो हृदि ।
दृश्यशब्दानुविद्धो यः सविकल्पः पुनर्द्विधा ॥

कामाद्याश्चित्तगा दृश्यास्तत्साक्षित्वेन चेतनं ।
ध्यायेद्दृश्यानुविद्धोऽयं समाधिः सविकल्पकः ॥२५॥
असङ्गः सच्चिदानन्दः स्वप्रभो द्वैतवर्जितः ।
अस्मीति शब्दविद्धोऽयं समाधिः सविकल्पकः ॥
स्वानुभूतरसास्वादाद्दृश्यशब्दानपेक्षितः ।
निर्विकल्पः समाधिः स्यान्निवातस्थप्रदीपवत् ॥
हृदीव वाह्यदेशेऽपि यस्मिन् कस्मिंश्च वस्तुनि ।
समाधिराद्यः सन्मात्रान्नामरूपपृथक्कृतिः ॥
अखण्डैकरसं वस्तु सच्चिदानन्दमद्वयं ।
इति विचिन्त्य चिन्तेयं समाधिर्मध्यमो भवेत् ॥
स्तब्धीभावो रसास्वादान्निर्णयिपूर्ववन्मतः ।
एतैः समाधिभिः षड्भिर्नयेत् कालं निरन्तरं ॥३०॥
देहाभिमाने गलिते विज्ञाते परमात्मनि ।
यत्र यत्र मनो याति तत्र तत्र समाधयः ॥
भिद्यते हृदयग्रन्थिश्छिद्यन्ते सर्वसंशयाः ।
क्षीयन्ते चास्य कर्माणि तस्मिन् दृष्टे परावरे ॥
अवच्छिन्नचिदाभासस्तृतीयः स्वप्नकल्पितः ।
विज्ञेयस्त्रिविधो जीवस्तत्राद्यः पारमार्थिकः ॥
अवच्छेदः कल्पितः स्यादवच्छेद्यं तु वास्तवं ।
तस्मिन् जीवत्वमारोपाद्ब्रह्मत्वं तु स्वभावतः ॥

अवछिन्नस्य जीवस्य पूर्णेन ब्रह्मणैकतां ।
तत्त्वमस्यादिवाक्यानि जगुर्नेतरजीवयोः ॥ ३५ ॥
ब्रह्मण्येव स्थिता माया विक्षेपावृतिरूपिणी ।
आवृत्य खण्डतां तस्मिन् जगज्जीवौ प्रकल्पयेत् ॥
जीवो धीस्तु चिदाभासो भवेद्भोक्तादिकर्मकृत् ।
भोज्यरूपमिदं सर्वं जगत् स्याद्भूतभौतिकं ॥
अनादिकालमारभ्य मोक्षात् पूर्वमिदं द्वयं ।
व्यवहारे स्थितं तस्मादुभयं व्यावहारिकं ॥
चिदाभासस्थिता निद्रा विक्षेपावृतिरूपिणी ।
आवृत्य जीवजगती पूर्वे नूत्ने ऽवकल्पते ॥
प्रतीतकाल एवैते स्थितत्वात् प्रातिभासिके ।
न हि स्वप्नप्रबुद्धस्य पुनः स्वप्ने स्थितिस्तयोः ॥४०॥
प्रातिभासिकजीवो ऽयं तज्जगत् प्रातिभासिकं ।
वास्तवं मन्यते ऽन्यस्तु मिथ्येति व्यावहारिकः ॥
व्यावहारिकजीवो ऽयं तज्जगद्व्यावहारिकं ।
वास्तवं मन्यते ऽन्यस्तु मिथ्येति पारमार्थिकः ॥
पारमार्थिकजीवो ऽयं ब्रह्मैक्यं पारमार्थिकं ।
प्रत्येति वीक्षते नान्यद्वीक्षते त्वनृतात्मना ॥
माधुर्यद्रवशैत्यादिजलधर्मास्तरङ्गके ।
अनुगम्याथ तन्निष्ठे फेने ह्यनुगता यथा ॥

साक्षिस्थाः सच्चिदानन्दाः संबद्धा व्यावहारिके ।
तद्द्वारेणानुगच्छन्ति तथैव प्रातिभासिके ॥ ४५ ॥
लये फेनस्य तद्धर्मा द्रवाद्यास्तु तरङ्गके ।
तस्यापि विलये नीरे तिष्ठन्त्येते यथा पुरा ॥
तथा प्रातिभासिकस्य लये स्युर्व्यावहारिके ।
तल्लये सच्चिदानन्दाः पर्यवस्यन्ति साक्षिणि ॥

॥ इति बालबोधनी नाम शास्त्रसंग्रहः समाप्तः ॥

COMMENTARIUS.

In ipso limine huius libelli offendimur magna difficultate; cum enim Scholiastes haec annotationibus suis praemiserit: तत्र तावद्भगवान् शङ्कराचार्यो ऽविद्याविबधरमुषितप्रबोधस्य जगतो ऽनुग्रहाय वाक्यसुधानामशास्त्रसंग्रहं चकार ।, in calce commentarii prorsus alia inveniuntur. Sic enim illic: इति श्रीपरमहंसपरिव्राजकाचार्यगोविन्दभगवत्पादपूज्यशिष्यश्रीशङ्करभगवतः कृतौ बालबोधनी समाप्ता ।, unde coniicere possimus, maioris Sancarae operis, cuius nomen non additum est (वाक्यसुधा fortasse audiebat), hos versus particulam esse बालबोधनी nuncupatam. Inducunt me in eam opinionem aliorum librorum epigraphae plane gemellae, e. g. haec: इति श्रीशारीरकमीमांसाभाष्ये श्रीमच्छङ्करभगवत्पूज्यपादकृतौ प्रथमाध्यायस्य प्रथमः पादः । Brahma-Sutr. p. 43. fin. cf. finem Ceneshitae (p. 38. ed. Calc.) etc. Sed tutius erit Codicis clausulam sequi, quam coniecturis indulgere. Inscriptio नमो गणेशाय । communis est omnium fere librorum et, ut mihi quidem videtur, a librariis oriunda. Suos enim quodque scriptionis genus habet deos tutelares (vid. Schlegelium ad Hitop. init.); a Vedantico supremi numinis invocationem exspectares. Audiamus Rama-

Crishnam ad Vedantas. p. 1, l. 12. यद्यपि ग्रन्थकरणादिकार्यारम्भे गणेशसरस्वत्यादिदेवताभेदं विघ्नविघातविद्यास्फूर्तिप्रदत्वेन प्रसिद्धमनुसंदधति शिष्टास्तथाप्येष उ ह्येव सर्वे देवा इति श्रुतेरात्मन एव सर्वदेवात्मकत्वावगमादात्मानुसंधाने सति सर्वदेवतानुसंधानं भवतीति मन्यते ग्रन्थकारः। आत्मानं विशुद्धचिद्रूपं तत्पदलक्ष्यं तुरीयमाश्रये शास्त्राचार्यप्रसादाभिव्यक्तमनुसंदधे। Praemisit nempe Sadananda operi suo preces ad purissimum illum animum, de quo totus Vedanta agit.

Sl. 1. a. Omissum est in Cod. च ante दृक्, quod ad versum explendum addidi e coniectura Lassenii. Scholiastes totum locum ita interpretatur: रूपं दृश्यमेव भवति। तत्र लोचनं दृक्। पश्यतीति दृक्। लोचनं दृश्यमपि भवति। तत्र मानसं दृक्। मनसा लोचनं गृह्यते। Animadverte climacem; oculus res externas visibiles percipit, ipse (h. e. ea, quae percipit) a mente conspicitur, quae ideo videns appellatur; mens autem eiusque diversae conditiones ab animo percipiuntur. Pro दृक् च Lassenius दृक् तु legendum esse censet ad augendam antithesin, quod magnopere placet. मानसं hic substantivum est, ut saepius. Cum eo, quod additum est: दृश्या धीवृत्तयः cf. infra sl. 25. कामाद्याश्चिन्तया दृश्याः। — धीः non eo sensu positum esse videtur, quo postea; nam hic मनः denotat. — b. साक्षी Scholiastes recte per आत्मा explicat. Appellant enim eo nomine Indi divini animi partem (πνεῦμα Gnosticorum), quae in nostro corpore habitat, non polluta nostris actionibus, sed testis tantummodo totius vitae. Vide quae infra de hac re monebimus. Apposite Man. VIII, 84. b. मावमंस्थाः स्वमात्मानं नृणां साक्षिणमुत्तमं।

Sl. 2. b. एकधा a Schol. recte per एकप्रकारं explicatur, quod ut adiectivum ad लोचनं addit. पश्येत् videre potest, ex noto potentialis usu. Visus per synecdochen solus nominatur, quia omnium sensuum princeps est caeterique per se intelliguntur, quod Scholiastes bene observavit. Cf. Sancara ad Mundac. p. 6, l. 11. अद्रेश्यमदृश्यं सर्वेषां बुद्धीन्द्रियाणां न गम्यमित्येतत् । दृशेर्बहिःप्रवृत्तस्य पञ्चेन्द्रियद्वारत्वात् ।

Sl. 3. a. आन्ध्य० idem compositum occurrit Vedantasar. p. 27, l. 9. आन्ध्यमान्द्यापटुत्वादिभाजनेनेन्द्रियग्रामेण ।, ubi placet inserta negatio, quam tamen hic recipere non ausus sum. — नेत्रधर्मेषु — धर्मः hic et infra sl. 44. (जलधर्माः) qualitatem, conditionem, statum significat, ut apud Sancar. ad Mund. p. 6, l. 16. (cf. Br. S. I, 1. p. 2, l. 16.) वर्णयन्त इति वर्णा द्रव्यधर्माः स्थूलत्वादयः शुक्लत्वादयो वा । Hinc saepissime apud Vedanticos समानधर्मत्वं eadem qualitas, अन्यधर्मत्वं diversa qualitas. Vide e. g. Sancar. ad Brahm. Sutr. III, 2, 5. p. 252, l. 24. cf. Malat. Madhav. p. 4, l. 1. — b. संकल्पाय योऽयतां Schol. संकल्पयति. Nota usum imperativi in tali constructione. संकल्पः ea est actio psychica, quae communi Indicorum philosophorum opinione ad mentem (मनः) defertur. Schol. ad Isvara-Crishnae Caricam v. 29. संकल्पो मनसो वृत्तिर्व्यापारः । Vedantasar. p. 8, l. 13. मनो नाम संकल्पविकल्पात्मिकान्तःकरणवृत्तिः । श्रोत्रदृगादौ h. e. in omnibus sensibus.

Sl. 4. a. Alludere videtur huius libelli scriptor ad locum s. scripturae, quem citat Sancara ad Cenesh. p. 17, l. 14. कामः संकल्पो विचिकित्सा श्रद्धाऽ

श्रद्धा धृतिरधृतिर्ह्रीर्धीर्भीरित्येतत्सर्वं मन एवेति श्रुतेः कामादिवृत्तिमन्मनः — Cod. कामसंकल्पसंदेहाः श्रद्धाश्रद्धे धृतीतरे । ह्रीधीभीरित्येवमादीन् etc. Acute me monet Lassenius pro कामसंकल्पसंदेहाः fortasse legendum esse कामसंकल्पसंदेहान् ad constructionem expediendam. Ante इति aut status absolutus, aut nominativus, aut is casus ponitur, quem constructio requirit; nominativum facillime restituere possumus addito repha in ह्रीः et धीः, quod recepi. संकल्पः Schol. कर्माध्यवसायः. Nota vocem अध्यवसायः, quam Wilsonus per: *perseverance*, *determined application, effort* explicat. Occurrit ap. Isvara - Crishn. Car. v. 5. Rama-Crishn. ad Ved. p. 66, l. 6. et saepius; participium अध्यवसितः Hitop. p. 19, l. 21. Sacunt. ed. Chézy, p. 1, l. 12., व्यवसितः Bhag. I, 45. (subst. व्यवसायः), संव्यवसो Man. VII, 13., पर्यवसो infra sl. 47. Visvanatha ad Got. Aph. I, 25. fin. Adde haec Rosenio s. v. सो. — श्रद्धा Sancara ad Cath. p. 16, l. 4. bene per आस्तिक्यबुद्धिः interpretatur. Vedantasar. p. 3, l. 11. hanc definitionem exhibet: गुरुवेदान्तवाक्येषु विश्वासः श्रद्धा । — b. धीः a Scholiaste per बुद्धिः explicatur, quod mirum sane est propter caetera, cum quibus coniunctum. Usurpatur haec vox in hymno antiquissimo Gayatri. cf. Rosen. Rigved. Spec. p. 12, l. 7. p. 14, l. 4. et 8. Respondet radici ध्यै, cuius antiquiorem formam धी idem hymnus nobis servavit p. 14, l. 3. धीमहि, quod non pro ध्यायामः positum est, sed pro ध्यायेमहि — चितिरात्मा । Schol. — Totius exordii sensum breviter sic exponit Schol. दृश्यत्वाद्विषयेन्द्रियबुद्धीनां मिथ्यात्वं द्रष्टृत्वादात्मनः सत्यत्वमुक्तं । et: इदानीं भेदात्तेषामसत्यत्वमेकत्वादात्मनः सत्यत्वं श्लोकत्रयेण प्रतिपादयति ।

Sl. 5. Laus animi, qui propria luce splendet caeteraque omnia collustrat. Inprimis huc pertinent, quae a Sancara (Brahm. Sutr. I, 3, 22. p. 82. sqq.) de loco celeberrimo Mundacae (II, 2. p. 5. fin.): „sol illic non lucet, neque luna nec stellae; haec fulgura ibi non lucent; unde ille ignis? eum lucentem universum lucendo sequitur, eius luce universum lucet“ egregie disputantur. Afferam pauca tantum verba: यतो यदुपलभ्यते तत्सर्वं ब्रह्मणैव ज्योतिषोपलभ्यते ब्रह्म तु नान्येन ज्योतिषोपलभ्यते स्वयं ज्योतिःस्वरूपत्वात् । Eandem rem tractat Sancara Br. S. I, 1, 24. p. 35. sqq., ubi p. 36. fin. haec Upanishadis cuiusdam verba afferuntur: येन सूर्यस्तपति तेजसेद्धः । Bhagavad-Git. XIII, 33. यथा प्रकाशयत्येकः कृत्स्नं लोकमिमं रविः । क्षेत्रं क्षेत्री तथा कृत्स्नं प्रकाशयति भारत ॥, quae e memoria sic citat Sancara ad Cen. p. 10. fin.: यथादित्यगतं तेजो जगद्भासयतेऽखिलं । क्षेत्रं क्षेत्री तथा प्रकाशयति । confundens cum hoc loco alium Bhag. XV, 12. cf. etiam ib. v. 6. — अन्यथा in secundo hemistichio *praeterea* significare videtur; posses etiam vulgari sensu accipere.

Sl. 6. a. चिच्छायावेशतो. Schol. चिद्रूपस्यात्मनः प्रतिबिम्बावेशात् । Nam vox चिच्छाया composita est e चित् et छाया (cf. sl. sq.), quod non solum umbram, sed etiam imaginem significat. Mricbchh. p. 16, l. 6. आदंसगदा विअ छाआ. Animadverte deinde usum affixi तसि, de quo semel monuisse sufficiat. Formantur enim a quovis nomine cuiusvis declinationis derivata in तस्, quae genitivi et ablativi loco ponuntur, praecipue in libris philosophicis. Schol. ined. ad Isvar. Crish. Car. v. 1. षष्ठीस्थाने सर्वविभक्तिकस्तसिः । cf. Lassen. ad

Hitopad. p. 121. de Pentapot. Ind. p. 86. — In humani animi divisione recedit nonnihil noster philosophus a Sadananda, qui quadruplex facit internum sensorium (Vedantas. p. 13, l. 7. मनोबुद्ध्यहंकारचित्ताख्येनान्तरिन्द्रियचतुष्केण ।), ita tamen ut ahancaram et chittam duobus prioribus contineri affirmet eaque ratione duas tantum internas facultates statuat (cf. p. 8, l. 14.). Dissentiunt praeterea in eo, quod Sadananda quatuor illa अन्तःकरणवृत्तिः appellat, noster vero ahancaram ab antahcarana distinguit. Manas sic appellatur a Sancara ad Cen. p. 11, l. 3. तथा मनसोऽन्तःकरणस्य मनः न ह्यन्तःकरणमन्तरेण चैतन्यज्योतिषादीपितं स्वविषयसंकल्पाध्यवसायनादिसमर्थं स्यात् तस्मान्मनसोऽपि मनः । Plane ut Sadananda totum animum ea voce complectitur Calidasa Sacunt. p. 14, l. 11. सतां हि संदेहपदेषु वस्तुषु । प्रमाणमन्तःकरणप्रवृत्तयः ॥ — अहंकृतिः vel अहंकारः quid sit, docet Schol. ad Isv. Crishn. Car. v. 24. अभिमानोऽहंकारः । यत् खल्वालोचितं तत्राहमहमधिकृतः । शक्तः खल्वहमत्र मदर्था एव विषया मत्तो नान्योऽत्राधिकृतः कश्चिदस्ति । अतोऽहमस्मीति योऽभिमानः सोऽहंकारः । Vedantas. p. 8, l. 16. अभिमानात्मिकान्तःकरणवृत्तिरहंकारः ।

Sl. 7. Scholiastes huius distichi sensum sic explanat: चिच्छायायाः प्रकाशरूपाया अहंकारेणाप्रकाशरूपेणैक्यं यदा भवति तदाहंकारोऽपि प्रकाशते । यथाग्नेर्दाहादिशक्तिमतो लौहपिण्डेन यदैक्यं भवति तदा लौहपिण्डस्यापि दहकत्वं भवति । Nil tritius ista cum ferro candente comparatione in libris Vedanticis, iisdem verbis repetita Vedantas. p. 6, l. 17. p. 14, l. 3.; aliam cum ea imaginem coniungit Rama-Crishna ad Vedantas. p. 129, l. 5. तप्तायःपिण्डाम्बुवत् । De exemplis, quibus ad opiniones suas demonstrandas

utuntur Indorum philosophi, id omnino tenendum est, ea nonnunquam aut nimis vulgaria esse aut non plane quadrantia, et, quod mirari possis in tanta ab omnibus rebus externis abstractione, proferri non ad explicanda solum dogmata metaphysica, sed etiam ad probanda. Definitionem exempli praebet Gotama Aphor. I, 25. p. 13. लौकिकपरीक्षकाणां यस्मिन्नर्थे बुद्धिसाम्यं स दृष्टान्तः । — b. तदहंकारतादात्म्यात् h. e., ut mihi quidem videtur, aut तेन प्रतिबिम्बावेशप्रकाश्यमानेनाहंकारेण तादात्म्यात्, aut तस्याश्चिच्छायाया अहंकारेण तादात्म्यात्.

Sl. 8. b. क्रमात् h. e. sic, ut सहजं respondeat ahancarae cum imagine illa coniugio, कर्मजं cum corpore, भ्रान्तिजन्यं cum animo, quo brevi dicendi genere saepissime utuntur Indi. सहजं eo sensu positum esse arbitror, ut ahancaram per suam ipsius naturam cum umbra divini luminis coniunctum esse significet. कर्मजं unitas corporis et ahancarae ideo nominatur, quia solum propter opera, in priore vita perpetrata, animus corpus assumit. Quae vero ahancarae cum animo unitas perhibetur, ea falsa est et ex errore nata.

Sl. 9. a. Schol. संबन्धिनोश्चिच्छायाहंकारयोः । निवृत्तिः cf. Bhag. I, 39. — सहजस्य supple तादात्म्यस्य. — b. Schol. यत् तु शरीराहंकारयोस्तादात्म्यं तत् कर्मक्षयान्निवर्तते यत् त्वात्माहंकारयोस्तादात्म्यं तत् प्रबोधान्निवर्तते। अज्ञानादेवाहमित्यात्मपरिच्छेदो भवतीत्यर्थः । प्रबोधेनाज्ञाननिवृत्तावपरिच्छिन्न एवाहमिति नोच्यते । Si opera efficacia sua privantur, etiam corporis et ahancarae unitas, eorum progenies, evanescit (cf. infra sl. 31. देहाभिमाने गलिते). Eodem modo animi quoque cum

ahancara coniunctio dissolvitur vera scientia: utrumque vivente homine fieri potest; at tertia unitas ahancarae cum imagine durat, quamdiu vivimus.

Sl. 10. a. सुप्तौ. Schol. सुषुप्त्यवस्थायां । Vox सुप्तिः saepius a Vedanticis pro सुषुप्तिः usurpatur (Sancara B. S. III, 2, 7. p. 254, l. 23. यत्रापि निरपेक्षा इव नाडीः सुप्तिस्थानत्वेन श्रावयति ।), rarissime, quantum scio, स्वप्नः, quod dormitionem cum somniis coniunctam significat, quo sensu in sequentibus positum est. Tres enim hic enumerantur viventis animi conditiones e diversis egoismi gradibus: deleto egoismo ad perfectam quietem pervenimus, pullulante quasi et sese aperiente ad somnum, integro ad vigiliam. विकाशः proprie de floribus se expandentibus dicitur. Mrichchh. p. 283, l. 7. dulci imagine: यथैव पुष्पं प्रथमे विकाशे समेत्य पातुं मधुपाः पतन्ति । एवं मनुष्यस्य विपत्तिकाले छिद्रेष्वनर्था बहुलीभवन्ति ॥ Mal. Madh. p. 19, l. 8. विकसति हि पतङ्गस्योदये पुण्डरीकं । द्रवति च हिमरश्मावुद्गते चन्द्रकान्तः ॥ cf. Lassen. ad Hitop. p. 98., qui ubique sibilum dentalem restituendum esse censet, receptum etiam a Wilsono s. v. कस् et विकसितः; sed idem habet विकाशः, etiamsi paullo post विकाषिन् et विकासिन्. Una est sine dubio radix, a qua haec omnia derivantur, quae aut propter varias significationes, aut librariorum inconstantia vario modo scribitur (कश् कष् कस् काश् कास्). Codices nihil certi monstrant, quare nostro loco sibilum palati retinui. — सर्वस्तु etc. ellipsis sic a Schol. expletur: यदा सर्वोऽहंकारो भवति तदा जाग्रदवस्थो भवति । सर्वः adiectivum est

cum जागरः coniunctum, licet e sensu ad अहंकारः pertineat, quae constructio duriuscula quidem est, sed non sollicitanda.

Sl. 11. Cod. अन्तःकरणावृत्तिश्चिच्छाययैक्यमागता । वासनं कल्पयेत् स्वप्ने बोधे स्वैर्विषयान् वहिः ॥ Versus corruptus, quod in primo hemistichio metrum, in secundo sensus arguit. Deest nempe in priore parte una syllaba, quam Lassenius revocat legendo: चिच्छाययैक्यं समागता, optime; sed facilior fortasse haec emendatio est: अन्तःकरणावृत्तिश्च चिच्छाययैक्यमागता ।*, qua etiam caesuram lucramur. In secundo hemistichio pro Cod. lectione वासनं e Schol. वासनाः restitui. Quid sit स्वैर्विषयान् nescio; fortasse स्वविषयान्. Scholiastes nihil annotat.

Sl. 12. a. मनोऽहंकृत्युपादानं h. e. मनश्चाहंकृतिश्चोपादानं यस्य तत् । उपादानं in Vedanticorum libris significat caussam materialem. cf. Sancara Br. S. I, 4, 23. p. 123, l. 1. जडात्मकं paullo obscurius dictum est. Substantivum जाड्यं (frigiditas, rigor) occurrit Vedantas. p. 8, l. 3. Ac potest revera corpus illud subtile per suam naturam frigidum et immobile vocari, nisi animo moveatur et calefiat, qui si suam cum Deo unitatem cognoverit, etiam hanc deceptionis formam, quamvis tenuem et e praestantissimis elementorum partibus contextam, dissolvit et a metempsychosi liberatus divinitatem ipsam adipiscitur. Dum autem constrictus est corpusculi illius vinculo tres status, mortem et generationem subit. De lingasarira cf. Culluc. ad Man. I, 17. Isv. Crishn. v. 44. — b. Cod. अन्त्येति, pro quo aut ex Lassenii coniectura अन्वेति, aut ex Schol.

आप्नोति ponendum; hoc tamen nimis glossam redolet, quare illud praetuli. Ad illustrandum hunc locum compara haec Sancarae verba (Br. S. III, 2, 10. p. 257. fin.): तिस्रस्तावदवस्थाः शरीरस्थस्य जीवस्य प्रसिद्धाः। जागरितं स्वप्नः सुषुप्तमिति चतुर्थी शरीरादपसृप्तिः। न तु पञ्चमी काचिदवस्था जीवस्य श्रुतौ स्मृतौ वा प्रसिद्धास्ति। Vides eum generationem non inter status mentis humanae referre.

Sl. 13. a. Sequuntur seriorum Vedanticorum de Maya placita, quae ut hic exponuntur, a Sancara profecta esse non possunt. Nam etiamsi in libris antiquioribus centies repetatur, totum hunc mundum sola deceptione (उपाधिः) oriri, tamen omnia illa de duplici erroris potentia vix in iis invenies; cf. Colebrooke Transact. II, p. 39. Versatur in ea re Vedantasarae caput (p. 6. sq.), quod in nostrum sermonem translatum addetur tertio volumini libri patris dilectissimi de historia philosophiae. In Prabodhachandrodaya idem dogma saepissime recurrit, e. g. p. 7.: *Maia is incomprehensible; she is like a courtezan; she gives the appearance of reality to illusions and thus she deludes the great spirit.* cf. praeterea p. XI, pp. 3, 4, 6, 8, 83. Scholiastes haec annotat: मायाया अविद्यायाः शक्तिद्वयमस्ति। एका विक्षेपशक्तिरन्यावरणशक्तिः। विक्षेपशक्तिरात्मस्वभावं चित्तमाछाद्य शरीरान्तरमुत्पादयतीश्वरस्य। आवृतिशक्तिर्येन प्रबोधात्मना स्वरूपेणाविमुक्तस्यात्मनस्तु मुक्तिः स्यात् तमावृत्य बन्धं स्थिरीकरोति। — b. Cod. विक्षेपशक्तिर्लिङ्गादि ब्रह्माण्डं सजगत् सृजेत् sine sensu. Veram lectionem, quam exhibui, praebet Vedantasar. p. 7, l. 14. ब्रह्माण्डं Vedantici e mythologia sumsere (Man. I, 9.); significant autem eo nomine terram. cf. Ve-

dantas. p. 12, l. 3. Rama-Crishn. Schol. p. 82. fin. Mythus de ovo Brahmanis in ipsis Upanishadibus decantatur. Chhandogy. III, 19. असदेवेदमग्र आसीत् तन्नत् सदासीत् तत् समभवत् तदाण्डं निरवर्तत तत् संवत्सरस्य मात्रामशयत तन्निरभिद्यत ते आण्डकपाले रजतं च सुवर्णं चाभवतां तद्यद्रजतं सेयं पृथिवी यत् सुवर्णं सा द्यौर्यज्जरायु ते पर्वता यदुल्वं स मेघो नीहारो या धमनयस्ता नद्यो यद्वास्तेयमुदकं स समुद्रोऽथ यत् तदजायत सोऽसावादित्यः। Exhibui codicis scripturam, etiamsi leviter corruptam. Pleonasmus तन्नत् non sine exemplo est; आ in आण्ड mutare non ausus sum; ते आण्ड० plane secundum euphoniae regulas, quae in libris antiquissimis non ubique servantur, nisi omnes eiusmodi anomaliae librariis imputandae sunt. जरायु vulgo masculinum est (जरायुर्गर्भावरणाचर्म Culluc. ad Man. I, 43.). स मेघो नीहारो sanum esse non potest. Anquetil Oupn. I, p. 27. has voces per: nubes et fulgur transtulit, quod suppeditat facillimam emendationem: मेघो. नीहारः vero non fulgur est, sed pruina. Vel sic tamen non placet asyndeton; fortasse legendum: मेघनीहारो.

Sl. 14. a. Centies repetitur apud posteriores Vedantae scriptores vox सच्चिदानन्दः, cuius sensum Rama-Crishna ad Vedantas. p. 2. sqq. satis quidem loquaciter, sed, ut solet, obscurissime exposuit. Brahma ut ens realissimum *est*, at non est solum, sed etiam *cogitat*, seu *lucet*, summaque felicitate fruitur. Brevis est Scholiastae glossa: अस्तिभातिप्रियात्मके वस्तुनि, quae quid sibi velit, infra videbimus. — b. अब्धौ etc. ut spuma est quidem aqua, sed forma et nomine ab aqua differt. नामरूपप्रसारणं Cod. Schol. nescio an solum explicandi gratia: प्रकाशनं, quae vox

est usitatissima in hac re apud Vedanticos. Sed Cod. scriptura praebet sensum idoneùm; quare eam intactam reliqui. नाम et रूपं quid sit, docet Sancara ad Mund. p. 9, l. 15. किं च नाम असौ देवदत्तो यज्ञदत्त इत्यादिलक्षणं रूपमिदं शुक्लमिदं नीलमित्यादि ।

Sl. 15. a. दृग्दृश्ययोः । Schol. दृगात्मा दृश्यं मन आदि ।

Sl. 16. a. परितो m. prim. पुरितो sine sensu. — b. चिच्छायायाः समावेशात् । Schol. आत्मप्रतिबिम्बावेशात् । व्यावहारिकः Schol. सुखदुःखादिभोगार्थं व्यवहरति । Vedantas. p. 8. fin. इयं बुद्धिर्ज्ञानेन्द्रियैः सहिता सती विज्ञानमयकोशो भवति । अयं कर्तृत्वभोक्तृत्वाभिमानित्वेनेहलोकपरलोकगामी व्यावहारिको जीव इत्युच्यते ।

Sl. 17. a. Codicis lectio sensum praebet optimum, modo pro यस्य legas तस्य, quod ad जीवः in versu praecedente referendum est. Scholiastes haec habet: तस्य साक्षिणोऽप्यारोपादावृत्तिर्विलसिता स जीवत्वं भवति । aperte depravata (leg. आवृत्तिविलासाज्जीवत्वं), e quibus coniicere posses, eum साक्षिणोऽप्यवभासते in suo exemplari invenisse. Sed bene se habet locativus cum आरोपात् constructus, qua locutione nil frequentius. Vedantas. p. 4, l. 9. वस्तुन्यवस्त्वारोपोऽध्यारोपः । — b. भाति Schol. प्रकाशिते; est locativus participii. — अयाति । Schol. अपगच्छति.

Sl. 18. a. तिष्ठति commoratur. cf. Lassen. ad Hitop. p. 44. Sic a Sancara ad Mund. p. 40, l. 18. निहितं per स्थितं explicatur. Nota ditrochaeum in secundo pede. — b. तद्वशात् h. e. तस्या वशात् — विकृतत्वेन, haec tertii casus constructio usitatissima est in libris prosaicis. Sancar. Br. S. I, 4, 3. p. 104, l. 4. अस्यैव जगतः प्रागवस्थायाः प्रधानत्वेनाभ्युपगमादिति । et passim.

Sl. 19. a. अत्रापि Schol. बहिरपि. — b. Rectissime sic explicat Scholiastes: तयोश्च ब्रह्मसर्गयोर्मध्ये सर्गोर

विकारः स्यात् । स तु ब्रह्म कुचिद्विकारो न स्यात् । (sensus satis manifestus est, at verba vitiosa; legendum videtur: न तु ब्रह्म कुचिद्विकारः स्यात्). Habet tamen huius versus constructio aliquid impediti propter casuum mutationem, quod facile removeri potest, si reponis: सर्गे deleta una lineola.

Sl. 20. a. Gravi mendo hoc hemistichium laborat. Cod. hanc lectionem exhibet: अस्ति इति प्रियं रूपं नाम चैत्यं प्रपञ्चकं।, in qua propter hiatum metrum claudicat. Schol. सर्वप्रपञ्चेऽस्तीति प्रत्ययः । प्रकाशत इति प्रियमिति च तथा रूपं नामाकाशादौ ।, ex cuius glossa apparet legendum esse: अस्ति भाति etc. Respondent enim hae tres voces tribus partibus nominis सच्चिदानन्दः, quo divinum numen appellari supra vidimus: hinc illa in secundo versu आद्यं त्रयं ब्रह्मरूपं. भाति autem ad चित् referendum est ex perpetua apud Indos lucendi et cogitandi comparatione. — Quid sit चैत्यं प्रपञ्चकं mihi non liquet. Schol. एतच्चांशप्रपञ्चकं सर्वैः सर्वत्र संमिलितमिव प्रतीयते।; fortasse legendum: चेत्यंशपञ्चकं lenissima mutatione; facile fieri potuit, ut librarius pro पञ्चकं usitatissimum प्रपञ्चकं substitueret.

Sl. 21. a. खं aether nominatur. Bhag. VII, 4. Chhandogy. IV, 10. तस्मै होचुः प्राणो ब्रह्म कं ब्रह्म खं ब्रह्मेति। (cit. a Sanc. Br. S. I, 1, 22. p. 33, l. 23.) उर्वी terra Sacunt p. 4, l 10. — b. सच्चिदानन्दा hic dvandva est eamque ob caussam pluralis positus. Nempe hoc त्रयं ब्रह्मरूपं solum est stabile et aeternum in omnibus rebus; nomen et forma mutantur et pereunt, ita ut etiam Brahma se mutationis specie induat.

Sl. 22. a. Superatur tamen illa δυὰς formae et nominis a ternario divino, qui ipse uniformis et immutabilis est. ग्रस्तं locutio paullo insolentior. Nal. IV, 9. य इमां पृथिवीं कृत्स्नां संक्षिप्य ग्रसते पुनः। Bhag. XI, 30. — b. चिदाकारं cuius forma cogitatio est. आकारवन्तः Nal. V, 5. मायातीतं cave ne sic explices: माययातीतं; est potius: मायातीता येन seu मायातीता यस्य. Sic Rama-Crishna ad Vedantas. p. 119, l. 12. परं per मायातीतं reddit; usitatius foret अतीतमायं ut वीतमन्युः Cath. p. 1. fin. निरञ्जनं proprie sine collyrio, sine fuco; hinc metaphorice: simplex, immutatum, sine deceptione. Simile est epitheton अलेपकं Vedantas. p. 25, 4., quod Rama-Crishna l. c. per निरवद्यं interpretatur.

Sl. 23. Sequitur locus difficillimus de meditatione, in cuius natura exponenda seriores potissimum Vedantae scriptores acumen suum exercuisse videntur. Vox समाधिः antiqua est: occurrit in Bhagavadg. II, 44, 53. Mrichchh. p. 1, l. 4. et praecipue in Patanjalis libris. cf. Colebrooke Transact. I, p. 25. Agit de meditatione Sadananda Vedantasar. p. 34. sqq., qui tamen duplicem tantum eius divisionem agnoscit, nullam earum specierum rationem habens, quae hic tam anxie distinguuntur.

Primum genus illud est, in quo ratio nostra sese quidem in Brahmanis naturam transformavit, ita tamen ut remaneat obiecti et subiecti diversitas, quod hoc exemplo illustrat Rama-Crishna p. 119, l. 4.: यथा मृद्विकारे गजे कुम्भकारादिनिर्मिते गजोऽयमित्यस्यां बुद्धौ गजाकारोल्लेखेऽपि मृन्मात्रमेव सत्यं भासते। गजाकारस्य मिथ्यात्वनिश्च-

यात् । एवं ब्रह्माकारायां वृत्तौ ज्ञात्राद्याकार उल्लिख्यमानेऽपि ब्रह्मैव सत्यं भासते न ज्ञात्रादिविकल्पः । In secundo genere vero etiam haec diversitas evanescit; ut enim sal in aqua solutum in eiusque formam mutatum non amplius apparet, sed aqua sola conspicitur, sic mens nostra supremi animi naturam assumens, eo plane mergitur Deusque tantummodo percipitur. Meditatio autem e nostri scriptoris opinione aut interna aut externa est, quia vel nostri animi vel totius reliqui mundi cum Brahmane unitatem contemplari possumus. Hinc redundat nova divisio in internam imperfectam et perfectam et externam imperfectam et perfectam. Interna imperfecta aut a visibili aut a sono dependet; eodem modo externa imperfecta; ita sex meditationis genera habemus. Si animus noster ita meditatur, ut simul arbiter sit appetituum nostrorum, qui cogitatione conspiciuntur, tum a visibili meditatio interna dependet; a sono vero, si gloriabundus quasi se supremum numen esse pronunciat, semper tamen in loquendo se a Brahmane distinguens. Eadem ratione etiam si quis res externas contempletur removeatque nomen et formam, quia essentiam solam quaerit, tamen dum huius essentiae a Brahmane diversitas non reiicitur, meditatio externa imperfecta et a visibili dependens manet. Intellecta denique illa Brahmanis cum mundo unitate, si ens unum et indivisum esse dicimus, diversis tamen vocibus utimur ad utrumque significandum, meditatio externa imperfecta et a sono

coërcita est. Potest vero etiam vox शब्दानुविद्धः sic explicari, ut शब्दः de sacrorum librorum auctoritate intelligatur, et meditatio externa et interna शब्दानुविद्धः ideo imperfecta putanda sit, quia dogma illud de nostra et mundi cum Brahmane unitate propter s. libros profiteatur, non vera cognitione quasi coacta. Meditatio perfecta interna et externa est quies animi et abstractio ab omni actione, coniuncta cum supremo gaudio. Haec loco implicatissimo praemittenda putavimus, satis incerta et dubiosa; accurata explicatio ab iis exspectanda est, qui in spinosis Indorum quaestionibus diutius se exercuerunt. Sed transeamus ad singula. — a. उपेक्ष्य Schol. सत्यत्वेन गृहीत्वा । Rectius fortasse huic verbo sensum reiiciendi tribuemus. cf. Rosen. Rad. s. v. ईक्ष् et Wilson. Dict. s. v. उपेक्षा. — b. Notissimum est अथ वा cf. Schlegel. ad Bhag. II, 6.; usitatum etiam यदि वा, quod in illo Bhagavadgitae loco servari potest, modo legas: न चैतद्विद्मः कतरं गरीयो यद्वा जयेम यदि वा नो जयेयुः ।; plane gemellus locus ib. VI, 32.

Sl. 24. a. Vocabulum निर्विकल्पकः eodem sensu invenitur in versu incerti auctoris servato a Schol. ined. ad Isv. Crishn. Car. v. 27. अस्ति ह्यालोचनज्ञानं प्रथमं निर्विकल्पकं । बालमूकादि विज्ञानं सदृशं शुद्धवस्तुजं ॥ — b. अनुविद्धः Schol. उल्लिखितः Invenitur eadem vox Sacunt. p. 10, l. 13. सरसिजमनुविद्धं शैवलेनापि रम्यं । मलिनमपि हिमांशोर्लक्ष्म लक्ष्मीं तनोति ।, ubi impediendi, coërcendi, obtegendi notionem habere videtur; cf. etiam Malati-Madh. p. 20, l. 1.; simplex विद्धः Chhandogy. I, 2. तं हासुराः

पाप्मना विविधुस्तस्मात् तेनोभयं जिघ्रति सुरभि च दुर्गन्धि च पाप्मना ह्येष विद्धः । — In Cod. स a विकल्पः divulsum est, contra sensum; desiderabat, ut videtur, librarius demonstrativum, additum etiam a Schol., quo tamen facile carere possumus.

Sl. 25. Versus satis obscurus elliptico dicendi genere; omissae sunt enim particulae यदा et तदा, si recte Scholiastes totum sic interpretatur: कामसंकल्पाद्यो मनोविलासाद्दृश्यास्तत्साक्षी समीक्षक आत्मेति यदा ध्यायेत् तदा दृश्यानुविद्धः सविकल्पकः समाधिः । Ex hac ipsa autem glossa suspicio oritur, Commentatorem aliam lectionem ante oculos habuisse, etiamsi nostra quoque ad illam explicationem detorqueri possit.

Sl. 26. a. असङ्गः cf. Schlegel. ad Bhagavadg. II, 48.

Sl. 27. Commentarii instar sunto haec verba Vedantasarae (p. 26, l. 14.) अनेन विघ्नचतुष्टयेन रहितं चित्तं निर्वातदीपवदचलं सदखण्डचैतन्यमात्रमवतिष्ठते यदा तदा निर्विकल्पकसमाधिरित्युच्यते । तदुक्तं । लये संबोधयेच्चित्तं विक्षिप्तं शमयेत् पुनः । सकषायं विजानीयात् शमप्राप्तं न चालयेत् । नास्वादयेद्रसं तत्र निःसङ्गः प्रज्ञया भवेत् । यथा दीपो निवातस्थ इत्यादि । Alluditur hic et nostro loco ad versum Bhagavadgitae (VI, 19. ubi vid. Schlegelius). Initium huius distichi in Cod. mendosum est; sic enim illic: स्वानुभूतरसावेशात्. Schol. स्वानुभवरसास्वादात्. Verum videtur, quod in textum reposui (cf. infra sl. 30.), licet de sensu incertus sim, praesertim de adiectivo स्वानुभूतः.

Sl. 28. a. Cod. हृदि वा sine sensu. Schol. यथा हृदि सविकल्पकः समाधिर्द्विविधो भवति तथा बाह्यदेशेऽपि बाह्यप्रपञ्चेऽपि सन्मात्रं गृहीत्वा ततो नामरूपे निराकृत्य यः समाधिः स बहिर्दृश्यानुविद्धः सविकल्पकश्चतुर्थः ।, unde apparet legendum esse हृदीव, quod

recepi. आद्यः hoc meditationis genus ideo nominatur, quia primum est inter eas, quae res externas respiciunt. Sic meditatio शब्दानुविद्धः versu sequente vocatur मध्यमः, quia media est inter दृश्यानुविद्धः et निर्विकल्पकः.

Sl. 30. a. स्तब्धीभावो Schol. निश्चेष्टयावस्थानं. — निर्णीय quid hic significet, ignoro. — b. नयेत् Schol. गमयेत्.

Sl. 31. a. गलिते Schol. नष्टे. गल् proprie de foliis aliisque rebus usurpatur, quae decidunt. Mohamudg. v. 7. अङ्गं गलितं पलितं मुण्डं दन्तविहीनं जातं तुण्डं. In fine Scholii haec leguntur: एतदर्थप्रतिपादनार्थमागमं लिखति, quae verba praefantur versui sequenti e s. libris petito.

Sl. 32. Versus celebratissimus in omnibus Vedanticorum libris, qui invenitur in Mundaca II, 2. p. 5, l. 16. Sancar. Schol. ad Mund. p. 31, l. 17. sqq. eum sic explicat: भिद्यते हृदयग्रन्थिः ।. अविद्यावासनाप्रचयो बुद्ध्याश्रयः । कामा येऽस्य हृदि स्थिता इति श्रुत्यन्तराद्धृदयाश्रयोऽसौ नात्माश्रयः । भिद्यते भेदं विनाशमायाति । छिद्यन्ते सर्वे ज्ञेयविषयाः संशया लौकिकानामामरणाद्गङ्गास्रोतोवत् प्रवृत्ता विच्छेदमायान्ति । अस्य विच्छिन्नसंशयस्य निवृत्ताविद्यस्य यानि ज्ञानोत्पत्तेः प्राक्तनानि जन्मान्तरे वाप्रवृत्तफलानि ज्ञानोत्पत्तिसहभावीनि च क्षीयन्ते कर्माणि न त्वेतज्जन्मारम्भकाणि । प्रवृत्तफलत्वात् । तस्मिन् सर्वज्ञेऽसंसारिणि परावरे परं च कारणात्मनावरं च कार्यात्मना तस्मिन् परावरे साक्षादहमस्मीति दृष्टे संसारकारणोच्छेदान्मुच्यत इत्यर्थः ॥ Saepissime citatur a Sancara in commentario ad Brahma-Sutrani e. g. I, 1, 4. p. 11, l. 7. etc. Schol. ad Cenesh. p. 6, l. 9. Plane eodem modo scriptum legimus Vedantas. p. 27, l. 6.; eadem ratione, qua Sancara, eum interpretatur Rama-Crishna Schol. ad Vedantas. p. 125. Vox परावरः (Man.

I, 105. ubi vid. Culluca) desideratur apud Wilsonum; in initio Mundacae scientia sic appellatur (Mund. I, p. 1, l. 7.), ubi vid. Sancara (p. 3, l. 15.), qui duplicem eius explicationem dat, quarum secunda etiam in nostrum locum quadrat: परावरा परावरसर्वविषयव्याप्तेर्वा. Lassen. ad Hitop. p. 63. Adiectivum अवरः grammatici Indici e वर et अ privativo compositum esse arbitrantur, de quo dubitare possumus; multa sunt enim, quae potius praepositionis अव derivatum esse nobis suadeant, quod faciet fortasse ad illustrandam praepositionem Gothicam *afar* et particulam antiquissimae nostrae linguae dialecti *avar*, de quibus docte egit vir incomparabilis, I. Grimmius Gramm. III, p. 259.

Sl. 33. a. Cod. अविछिन्न contra sensum; verum praebet Schol. Compositum अवछिन्नचिदाभासः paullo insolentius est, sed non mutandum; occurrunt enim adiectiva e genere dvandorum. cf. Bopp. Lehrgeb. 662. — b. तत्र h. e., ut recte interpretatur Schol., त्रयाणां मध्ये — परमार्थकः Cod. hoc loco, sed sl. 42. et 43. पारमार्थिकः Schol. परमार्थिकः. In affixis अक seu क et इक saepissime variant manuscripti, ut quid quovis loco praeferendum sit, non ad liquidum perduci posse videatur. Nostrum vocabulum plerumque affixum इक (ठक् vocant grammatici) ostendit, quare hoc praetuli. Alia multoque difficilior quaestio est de augmento vocalis, quod mox omittunt mox addunt librarii, seu potius scriptores; sic hoc loco in Codice et Scholiis omit-

titur; infra utrobique comparet; sl. 40 et 41. Cod. प्रतिभासिक, Schol. semper प्रातिभासिक, quod habet Cod. sl. 45.; quare formam auctam reposui; sic etiam constanter व्यावहारिक. Similis inconstantia in aliis libris. cf. Man. II, 44. XII, 111. ibique Loiseleur. Sine variantibus, quantum scio, वैवाहिकः et औपनायनिकः Man. II, 67. et 68. नैत्यकः ib. 105. et alia, quae enumerare longum est. आधिकरणिकः Mrichchh. p. 261, l. 7., sine augmento ib. p. 262, l. 10.; कापटिकः ib. p. 278, l. 2. Certam de hac re regulam, si quae est, exspectamus e Paninis Aphorismis. — पारमार्थिकः est Vedanticorum terminus (desideratur apud Wilsonum) pro realis. Sancara Br. S. III, 2, 1. p. 249. fin. तत्र संशयः किं प्रबोध इव स्वप्ने ऽपि पारमार्थिकी सृष्टिराहोस्विन्मायामयीति । Simplex परमार्थः invenitur in dramate antiquissimo Mrichchhacatico p. 99, l. 10. भवत्वेवं तावदिदानीं परीक्षे किं लक्ष्यसुप्तमुत परमार्थसुप्तमिदं द्वयं ।; ib. p. 100, l. 8. तत्किं परमार्थदरिद्रो ऽयं ।; Vedantas. p. 27, l. 13. परमार्थतो न पश्यति. Mirum est de sensu huius locutionis dubitare potuisse Chézyum ad Sacunt. p. 47, l. 4. Idem versu sequente per वास्तवं exprimitur.

Sl. 34. Acquiesco in Scholiastae annotatione, quae hunc versum bene illustrat: यथा घटाकाशादौ यावदवच्छेदे घटादीनां परिमितत्वमेव काल्पनिकं न त्वाकाशं तथा जीवस्यावच्छेद एव कल्पितः येन ब्रह्मणि जीवत्वं आरोप्यते स्वभावतस्तु तस्य ब्रह्मत्वमेव यथा घटाकाशस्य स्वभावतो महाकाशत्वं

Sl. 35. a. पूर्णेन. Animus noster unus est cum toto et indiviso Brahmane, ut docent sententiae s. scripturae, in quibus celeberrima est illa e Chhandogya तत्त्वमसि (vide infra), quam Vedantici महा-

वाक्यं appellant, continentem quippe gravissimum Vedantae mysterium. — b. नेतरज्ञीवयोः h. e. न चिदाभासस्य स्वप्नकल्पितस्य च ।

Sl. 36. Schol. विक्षेपावृतौ खण्डरूपे यस्यां मायास्मिन् ब्रह्मण्येव स्थिता तत्रावृत्या खण्डता भेदो भवति । अन्यस्मिन् विक्षेपे जगज्जीवौ प्रकल्पते।, quae obscura sunt; legisse videtur खण्डतान्यस्मिन्, quod pro captu suo interpretatur.

Sl. 37. a. Animum viventem, qui a supremi luminis imagine collustratur, धीः appellant (cf. sl. 6.); insignitur etiam nominibus चिदाभासः et व्यावहारिकः (sl. 16.) h. e. actionibus terrenis implicitus (cf. Colebrooke Transact. II, p. 37.), quia nempe sua natura hoc mundo fruitur (ipse est subiectum fruendi भोक्तृ, mundus obiectum भोग्यं seu भोक्त्यं). — b. Cod. भूतिभौतिकं. Schol. rectius भूतभौतिकं h. e. ex elementis et e corporibus, quae elementis formata sunt, consistens. De voce भौतिकः cf. Colebrooke Transact. I, p. 33. Similia composita sunt: मानुषदैविकः Man. I, 65. श्राविकसौत्रिकः ib. II, 44. निमित्तनैमित्तकः Isv. Crishn. v. 42.

Sl. 38. a. अनादिकालमारभ्य, quia mundus eiusque gyrus (संसारः) aeterni sunt ex dogmate Vedanticorum. cf. Sancar. Br. S. II, 1, 36. p. 155, l. 16. उपपद्यते च संसारस्यानादित्वं. आरभ्य sic absolute positum saepius recurrit. Sacunt. p. 46, l. 10. पढमदंसणादो आरम्भिय । (leg. पढम ex praeceptis lingua Pracritae. Vararuches Pracritamanorama II, 22. प्रथमशिथिलनिषध इत्येतेषु थधयोः ढकारो भवति । In prima voce peccavit etiam Mrichchhacatici editor p. 134, 2. et saepius; in secunda Chézys Sacunt. p. 10, l. 2., ubi legendum:

सिठिलेहि. Talia minuta quidem sunt, sed ab editoribus observanda).

Sl. 39. b. Cod. नूलेव, quod nihili est; leg. नूले ऽवकल्पते. Schol. तत्रैव पूर्वे ऽनुभूतजीवजगती नूले इह जन्मन्यनुभूते जीवजगती कल्पयेत् ।

Sl. 40. a. Cod. एवैति, quod correxi. Sensus huius distichi mihi non plane perspicuus est; Scholiastes nil adiumenti praebet.

Sl. 42. b. Cod. सत्यं मन्यते. Versus una syllabâ minor est, quae facile expleri potest, si eandem vocem reponis, quae superiori disticho reperitur: वास्तवं, cuius glossa सत्यं a librariis in textum illata est.

Sl. 43. Notissima Vedanticorum opinio, sola deceptione aliud praeter Brahma conspici.

Sl. 44. Structura huius et sequentis distichi impedita est propter collocationem particularum हि, यथा et तथा; यथा sl. 44, b. respondet correlativo suo sl. 45, b.; sic enim tota periodus solvenda: यथा हि माधुर्यद्रवशैत्यादिजलधर्मास्तरङ्गके ऽनुगम्याथ तन्निष्ठे फेने ऽनुगता भवन्ति तथैव etc. — De द्रव cf. Lassen. ad Hitop. p. 50. तरङ्गः et undam significat et equi cursum, eadem ratione, qua in mythologia dei marini cum equis coniunguntur.

Sl. 45. a. संबद्धाः inhaerentes, coniunctae (qualitates), cf. Wilson. s. v. Inscript. Ujjayan. in Trans. I, p. 463, l. 11. असंबद्धः mentis non compos Mrichchh. p. 278, l. 4. Crebra vox संबन्धः apud Vedanticos. — b. तद्द्वारेण locutio saepe usurpata. Mundaca p. 3, l. 8. सूर्यद्वारेण ते विरजाः प्रयान्ति । Sancara Br. S. III, 2, 7. p. 255, l. 6. ब्रह्मणा हि तदा संपन्नो भवति नाडीद्वारेण ।

Sl. 46. a. Supplendum तिष्ठन्ति e versu sequente. नीरं aqua, cognatum, ut videtur, cum नीलः πορφύρεος. — यथा hic bis repetendum; respondet enim तथा in sequentibus, simulque coniungendum est cum पुरा, quod si cui durius videatur, pro पुरा पुनः legere possimus.

Sl. 47. a. Codex et Schol. यता, quod sine dubio in तथा mutandum est; respondet enim यथा in versu praecedente.

VERSIO LATINA.

1 Forma visibilis est, oculus videns et visibilis; mens
vero videns, visibiles eius affectiones; testis videns
2 est, at non conspicitur. Ex differentia caerulei
et flavi, crassi et subtilis, longi et brevis oculus
simpliciter multifarias formas conspicere potest.
3 In variis oculi conditionibus: caecitate, tarditate
et acie mens illa simpliciter in auditu, visu etc.
4 ad arbitrium pervenit. Animus cogitans simpli-
citer illuminat cupiditatem, arbitrium, dubitatio-
nem, fidem et incredulitatem, constantiam quod-
que eius contrarium est, pudorem, rationem, ti-
5 morem reliquasque mentis affectiones. Non oritur
ille, non occidit, neque incrementum adipiscitur
nec perit; suapte natura lucet et alia alio modo
6 illuminat sine adminiculo. Animi cogitantis ima-
gine ingressa in ratione lumen apparet; ipsa autem
haec ratio duplex perhibetur; una eius pars est
egoismus, altera interni organi formam habet.
7 Imaginis et egoismi unitas candenti globo ferreo
similis perhibetur: coniunctione illius et egoismi

8 etiam corpus vigorem nanciscitur. Egoismi con-
iunctio cum imagine animi cogitantis, cum cor-
pore et cum teste triplex deinceps est: innata,
9 operibus nata et ex errore nata. Ab innata nulla
liberatio esse potest, dum manent illa (egoismus
et imago) inter se connexa; a reliquis duabus
liberari possumus remotione operum et sapien-
10 tia. Si egoismus perit, in sopore quieto, etiam
corpus insensile fit; expandente sese egoismo
somnus, integra vero (h. e. integro egoismo prae-
11 dita) vigilia. Internum organum, unitatem cum
imagine animi cogitantis adeptum, in somno ima-
12 ginationes fingit, in vigilia externa obiecta. Cor-
pusculum unum, natura sua rigidum, cuius caussa
est mens et egoismus, ad tres status pervenit, na-
13 scitur et moritur. Duplex enim erroris vis: fal-
lendi et obtegendi; vis fallendi mundum creat,
cuius initium est corpusculum illud, finis autem
14 ovum Brahmanis. Creatio est omnis productio
nominis et formae, ut spumae in mari, in ente
Brahmanis forma praedito, quod qualitates exi-
15 stendi, cogitandi et felicitatis habet. Altera vis
intra differentiam videntis et visibilis, extra Brah-
manis et mundi creati obtegit; ea est sempiterni
16 gyri caussa. Lumen testis, undique resplendens,
connexum cum corpusculo ingressa animi cogitan-
17 tis imagine est animus vivens activus. Eius vi-
vendi status elatione etiam in teste apparet; deleta
autem vi obtegendi et manifesta differentia remo-
18 vetur. Eodem modo quae vis differentiam Brah-

manis et mundi creati obtegere solet, eius effica-
19 cia Brahma mutatum videtur. Etiam illic vero
vi obtegendi deleta Brahmanis et mundi creati
differentia manifesta fit; ex his duobus solum in
mundo creato mutatio esse potest, nulla ratione
20 in Brahmane. Quinque sunt qualitates: esse,
lucere, gaudium, forma nomenque; tres primae
ad Brahma pertinent, duae reliquae ad mun-
21 dum. In aethere, vento, igni, aqua et terra, in
divis, animalibus et hominibus indivisae sunt qua-
litates existendi, cogitandi et felicitatis, dividun-
22 tur nomen et forma. A tribus duae illae consu-
muntur; trias autem illa uniformis est, tota in-
terna, cogitationis forma praedita, ab errore libe-
23 rata, sine falso. Reiecto nomine et forma, animo
in ens supremum converso meditationi semper
24 opera danda est, sive in corde seu extra. In corde
bifaria meditatio est: cum errore coniuncta et
sine errore; quae cum errore coniuncta est, ea
25 iterum duplex: visibili et sono coërcita. Cupidi-
tas et caeterae mentis affectiones cogitatione visi-
biles sunt; quarum testis animus cogitans si me-
ditetur, ea est meditatio cum errore coniuncta,
26 visibili coërcita. Ego sum sine desiderio, qualita-
tibus existendi, cogitandi et felicitatis praeditus,
propria luce splendens, a dyade liberatus — eius-
modi meditatio est cum errore coniuncta, sono
27 coërcita. Meditatio sine errore oritur e gustu
proprii saporis (h. e. gaudii interni) nulla visibi-
lis et soni ratione habita, sicuti lucerna citra

28 venti impetum posita. Ut in corde etiam in re-
gione externa, quacunque in re, prima meditatio
est remotio nominis et formae propter solum *esse.*
29 Ens individuum, unum saporem habens, qualita-
tibus existendi, cogitandi et felicitatis praeditum,
unicum — si quis sic cogitet, ea cogitatio est
30 meditatio media. Perfecta quies et abstractio
propter gustum saporis eodem modo, ut supra,
perhibetur. His sex meditationis generibus omne
31 tempus peragant. Abiecta corporis superbia, co-
gnito supremo animo, quocunque mens proficisci-
32 tur, ibi meditatio est. Finditur nodus cordis,
dissolvuntur omnes dubitationes eiusque opera
33 evanescunt viso supremo illo. Triplex vivens co-
gnoscendus est: separatus, animo cogitante illu-
stratus tertiusque in somno fictus; horum primus
34 realis est. Separatio ficta est, separandum vero
reale; in eo status viventis elatione est, status
35 Brahmanis autem suapte natura. Separati viven-
tis cum toto Brahmane unitatem cecinere sacro-
rum librorum loci: *hoc tu es* aliique, non reli-
36 quorum duorum viventium. Error sub fallendi
et obtegendi forma in Brahmane versatus, divi-
sionem obtegens in eo mundum et viventem po-
37 nit. Vivens autem animo cogitante illustratus est
ratio, quae opera fruendi etc. perficit; id, quo frui-
tur, totus hic mundus est, ex elementis eorumque
38 progenie consistens. Inde ab aeterno tempore ante
liberationem haec dyas in actione versatur; quare
39 utrumque activum appellant. Sopor sub fallendi

et obtegendi forma in vivente animo cogitante
illustrato commorans, obtegens viventem et mun-
40 dum priores praesentes videri facit. Uterque
(mundus et vivens) ad tempus praeteritum perti-
net, quia in vivente imaginario commoratur;
non enim in somno denuo apparet, si quis e
41 somno expergefactus fuerit. Vivens ille imagina-
rius hunc mundum imaginarium realem esse pu-
42 tat, alius vero activus falsum. Vivens ille acti-
vus hunc mundum activum realem esse putat,
43 alius vero realis falsum. Vivens ille realis ad
realem cum Brahmane unitatem pervenit; aliud
quid non conspicitur, conspicitur tantummodo
44 animo falso. Quemadmodum suavitas, liquiditas,
frigus caeteraeque qualitates aquae in undam trans-
gressae etiam in spumam transgrediuntur, quae
45 in unda est; eadem ratione qualitates existendi,
cogitandi et felicitatis, quae in teste sunt, in vi-
vente activo conspicuae per eum in imaginarium
46 transgrediuntur. Quomodo spuma evanescente
qualitates liquiditatis etc., quae in ea apparuerant,
47 in aqua sunt, ut antea; sic qualitates existendi,
cogitandi et felicitatis evanescente imaginario in
activo sunt, et hoc quoque evanescente in teste
merguntur.

CAPUT II.

DE VITA SANCARAE ET DE ANTIQUITATE VEDANTAE.

A.

Inter philosophos Indicos praecipuam laudem adeptus est Sancaracharya, scholae Vedanticae insigne decus et novae cuiusdam sectae conditor [a]), qui quando vixerit non quidem accurate definire, attamen probabili coniectura assequi possumus. Egregia sunt, quae de eius aetate disputavit Wilsonus (praef. ad Lex. Sanscr. p. XV.) quibusque pauca tantummodo a nobis addentur. Demonstravit enim crudelem illam et perniciosam Buddhistarum persecutionem ante Sancaram finitam fuisse [b]), quam ineunte saeculo sexto incepisse verisimile est [c])

---

a) Colebrookius Asiat. Research. VII, p. 279. cum Saivarum principem fuisse dicit; cf. etiam Wilson Mackenzie Collection I, p. 32. et p. 167.

b) Paullo aliter narrat Anandagiris, qui tamen Sancaram a persecutione abstinuisse autumat. Wils. As. Res XVI, p. 19.

c) Pertinet huc tota de Amara-Sinha disquisitio, qua nihil sagacius. Varaha-Mihiram, qui una cum Amara-Sinha inter novem gemmas Vicramadityae numeratur, in fine saeculi quinti vixisse certum est. Regnavit autem eo-

(cf. Burnouf et Lassen *Essai sur le Pali* p. 61.). Praecipuus eius persecutionis auctor fuit Cumarila Bhatta, de quo plura vide apud Colebrookium (*Transact. of the Royal As. Soc.* I, p. 441.). Qui Cumarilam aetate praecessit Sabara-Svami Bhatta a Sancara nominatim laudatur [d]) (Col. ib. p. 460.), a quo Colebrookius etiam Cumarilam tecte significari opinatur. Hinc nobis concludere licet, vixisse Sancaram *post* medium saeculi sexti. Scripsit autem Sancarae discipulus Anandagiris librum in laudem magistri, cui titulus Sancaradigvijaya, in quo theologi illius cum haereticis disputationes enarrantur, ita tamen, ut veris multae fabulae admixtae sint; quamobrem Wilsonus (As. Res. XVI, p. 11.) se dubitare confitetur, utrum Anandagiris mentitus sit, an liber ille ad posteriorem aetatem pertineat. Illud certum esse videtur, panegyricum ante Ramanujam editum esse, cuius aetatem accurate novimus. Natus est enim ineunte saeculo undecimo et summa in senectute decessit (Wils. ib. p. 28. not.); fuit autem novae cuiusdam et

dem fere tempore Ozenae princeps, cui nomen erat Vicramadityae. Hinc apparet, Amara-Sinham tempus illud, quo persecutio Buddhistarum saeviebat, adtigisse, potuisseque libros eius, excepto thesauro, cremari. Sic omnia optime congruunt. De Calidasae aetate alia quaestio est, quam Lassenius in Prolegomenis ad Malati-Madhavam expediet.

d) Brahma-Sutr. III, 3, 51. p. 311.

इत्येवमाकृष्याचार्येण शबरस्वामिना प्रमाणलक्षणे वर्णितं ।

late propagatae sectae Vaishnavarum princeps, cuius mentionem non fecit Anandagiris, caeteras scholas accurate recensens, quod fieri non potuisset, si liber ille post Ramanujam scriptus esset. Facilis est hinc conclusio, Sancaram et eius discipulum Anandagirem ante annum millesimum floruisse, quod Taylorum (*Dedic. of Prabod'h Chandrod.* p. V.) significare existimo, etiamsi nomen Ramanujae misere depravaverit. Confirmatur idem a Madhava, Mimansicae scholae magistro (Col. Transact. I, p. 443.), qui saeculo decimo quarto ad exemplum Anandagiris Sancaravijayam edidit (Wils. praef. ad Lex. Sanscr. p. XVII. sq. As Res. XVI, p. 10. sq.). Is Sancaram ab antiquis poetis laudatum esse refert, quod bene se habet, si plus quam quinque saecula ipsum inter et Sancaram praeterita sunt. Habemus iam duo terminos: annum 550 (si Buddhistarum persecutionem anno 500 initium cepisse statuimus), *post* quem Sancaram vixisse demonstratum est, et annum 1000, ante quem eius natales ponendi sunt. Accuratius nobis de saeculo, quo pertineat, inquirentibus primo libri Malabarici narratio sese offert, quae eum centum annos post Cumarilam lucem vidisse affirmat (Wils. praef. p. XIX.). Pone igitur Cumarilam usque ad annum 550 vixisse, unde Sancaram medio saeculo septimo natum esse, ineunte octavo floruisse consequeretur. Prorsus diversa narrat liber exiguae auctoritatis, Bhoja Prabandha, secundum quem Sancara a rege Bhoja hospitio

receptus erat (Wils. praef. p. IX.). Si verus est Bentleii computus, Bhoja ille sub finem saeculi decimi regnavit, cui si aequalis fuisset Sancara, multo iunior existimandus esset. At nihili facienda est ista fabula, quippe quae, observante Wilsono (p. VIII.), viros saeculis nonnullis separatos in eadem aula convenire ipsumque adeo Madhavam, qui saeculo decimo quarto Sancarae panegyricum scripsit, regis illius nostrique philosophi amicum faciat. Mittamus igitur haec et acquiescamus potius in illo calculo, quem supra adduxi, egregie Ram-Mohun-Rayae, Brahmanae nobilissimi, auctoritate confirmato. Is enim ex discipulorum serie Sancaram septimum inter et octavum aerae Christianae saeculum vixisse concludit (Wils. praef. p. XVI.; discipulorem indicem, attamen non additis annorum notationibus, vide ap. Wilsonum Mack. Coll. II, p. 34.). Haud multum a veritate aberrabimus, si Sancaram post annum 650 natum esse statuemus; tot autem sunt eius libri atque tanta eruditio, ut eum extremam senectutem adtigisse verisimile sit; itaque mortuus esse videtur haud dudum ante annum 750. Nititur haec coniectura étiam alia et gravi quidem auctoritate. Narratur enim in historia Casmirensi, quae quanti momenti sit, sciunt harum rerum periti, fuisse quondam Casmirae magnum inter varias sectas certamen, victoriam autem reportasse Bengalicos advenas, qui templum Sarasvatidis expugnaverint. Quod quum regnante Lalitaditya factum esse tra-

datur, Wilsonus As. Res. XV, p. 51. acute coniecit, eandem esse rem, quam Anandagiris paullo aliter in Sancaradigvijaya descripsit. Lalitadityam vero ab anno 714 usque ad annum 750 regnum obtinuisse scimus, quod Sancaram ante annum 750 in Casmiram venisse probat. Vides haec omnia optime congruere, si Ram-Mohun-Rayae ratio adoptatur, a qua nonnihil recesserunt Colebrookius (Transact. II, p. 6.) et Wilsonus (praef. p. XVII.). Ultimo loco addam, in historia Mongolorum a Ssanang Ssetsen scripta (Schmidt p. 35.) Sancarae Brimae Panditae Indici cuiusdam mentionem iniici, qui libros nonnullos in linguam Tibetanicam verterit, regnante Thildan Srongdsan 629 — 698 p. Chr.

Haud minus incerta sunt, quae de reliqua eius vitae conditione traduntur. De eius parentibus tam parum constat, ut adeo divinae originis esse perhibeatur [e]). Sringagirensem eum nuncupat Taylorus (Dedic. p. V.); atque hoc quidem certum est, eum illic scholam condidisse magna fama praeditam. Wilson Mack. Coll. II, p. LXXIV. p. 34, p. 71. I, p. 314., ubi etiam templa quaedam exstruxisse et in urbe Kanchi obiisse dicitur. Malabaricum fuisse obiter dicit Wilsonus (praef. p. XVI.). Magistrum habuit Govindanatham, quod

e) Madhava in Sancaravijaya apud Colebrookium As. Res. VIII, p. 467. Incarnationem Sivae eum appellant: Wilson Mack. Coll. I, p. 314.

testantur librorum epigraphae *f*); asceticam eius vitam probant tituli परमहंस et परिव्राजक. Maxima erat Sancarae in rebus theologicis auctoritas, quippe qui reliquas philosophorum sectas et inprimis haereticos tam feliciter disputando impugnaverit, ut ab eo inde tempore schola Vedantica primum locum obtinuerit. Hanc theologiae atque philosophiae mysticae victoriam Crishna-Misra potissimum respexisse videtur in dramate suo allegorico, Prabodhachandrodaya, de cuius aetate pauca tantum eaque incertissima protulit Taylorus (Dedic. p. IV.). Inveniuntur in illo loci quidam, ex quibus perspicuum est, fabulam post Buddhistarum persecutionem editam esse *g*); commemoratur etiam Cumarila Bhatta (p. 81.). Ipsa vero Vedanticae doctrinae expositio nobis argumento esse potest, etiam post Sancaram, et quidem, ni multum fallor, aliquot saecula post eum dramatis scriptorem vixisse. Insunt enim quaedam dogmata, praecipue de mundi origine; quae seriori demum aetate exculta esse demonstravit Colebrookius

---

f) श्रीमद्गोविन्दभगवत्पूज्यपादशिष्यस्य परमहंसपरिव्राजकाचार्यस्य श्रीमच्छंकरभगवतः etc. Gaudapadam Sancarae magistrum fuisse legimus apud Colebrookium Transact. I, p. 23., quod *σφάλμα μνημονικὸν* esse existimo; nam alio loco Gaudapadam Govindanathae doctorem nominat (Asiat. Res. VIII, p. 467.), qua de re infra sermo erit.

g) p. 63.: *the Saugatas fled into Sindhée, Gaudhar, Magadha, Andra, Hoon, Wanga, Kaling etc. the countries of the Mlenchas.*

(Transact. II, p. 59.), peritissimus in rebus eiusmodi iudex. Ex mea igitur sententia poeta ille saeculo undecimo vel duodecimo drama suum scripsit [h]); quod si verum est, coniecturam meam

h) De rege Sri Cirti-Varmane, qui in prologo fabulae nominatur, omnia incerta sunt; magnopere dubito, num pertineat ad Varmanum familiam, de qua fusius egerunt Todius et Colebrookius (Transact. I, p. 230. sqq.). Magis probabile foret, Cirti-Varmanem, qui in inscriptione quadam apud Wilsonum (As. Res. XVI, p. 295.) occurrit, poetae nostri fautorem fuisse. Inscriptio illa anno 1286 concinnata est, regnante Samara-Sinha, qui undecimus post Cirti-Varmanem perhibetur. Scimus autem ex alio monumento quintum Cirti-Varmanis successorem a. 1209 vixisse; iam si cuivis quatuor priorum viginti annos tribuis, Cirti-Varmanem anno 1130 floruisse consequitur, quod plane congruit cum coniectura mea de dramatis aetate. Hoc unum mihi obstare videtur, quod poeta Varanasiam saepius insigni encomio ornat (p. 56. sq.), etiamsi ibidem etiam hypocrisiam habitare faciat (p. 10.); Varanasiae ratio cum revelatione coniuncta in regnum suum restituitur (fab. fin.): quae nos inducere possunt, ut scriptorem in illa regione natum esse putemus. Utinam potuissem drama elegantissimum in Sanscrito perlegere; praebet enim non solum accuratam Vedanticorum dogmatum descriptionem, sed etiam multa et gravia de reliquis sectis testimonia. Simile drama est Sancalpasuryodaya (Wilson Mackenzie Coll. I, p. 110.) scriptum tempore Madhavacharyae, h. e. medio saeculo decimo quarto, ita ut nostrae fabulae imitatio esse videatur.

probabilem esse concedes, poetam Vedanticae philosophiae triumphum et prae ceteris Sancarae laudem celebrasse, etiamsi hunc nusquam expresse nominet. De Sancaradigvijaya Anandagiris iam supra locuti sumus (multa eiusmodi scripta, quae mox Sancaracharitra mox Sancaravijaya vocantur, recenset Wilsonus in libro utilissimo: Mackenzie Collection I, p. 98, 99. II, p. XCVI, CXVI et CCIX.); apparet ex illo, philosophum nostrum magna itinera suscepisse, ut ubivis locorum suam de summo numine doctrinam defenderet. In Casmiram profectum esse et ex Anandagire et ex Madhava (Wils. praef. p. XVIII.) scimus; alium locum infra videbimus. Virum tantae auctoritatis et tam clari per Indiam nominis magnam discipulorum catervam habuisse et per se consentaneum est, et ab aliis nobis traditur. cf. Wils. As. Res. XVI, p. 22. Multas de eo fabulas narrari nemo mirabitur, qui proclive Indorum ingenium ad fingendas eiusmodi historias noverit. Restat, ut de philosophi nostri scriptis pauca moneamus, quae etiam hodie in India a viris doctis studiose pertractantur. Primo loco ponendus est immortalis in Sariraca-Sutrani commentarius, de quo vide quae a Colebrookio allata sunt; liber tanti momenti, ut ab innumeris aliis laboriose explicatus sit (Colebr. Trans. II, p. 7.). Sequuntur scholia ad eas Upanishadum, quae prae ceteris Vedanticae doctrinae favent, quarumque nomina recensuit Colebrookius (As. Res. VIII, p. 454. Transact.

II, p. 2.). Sunt Aitareya, Isavasyam, Vrihadaranyaca, Taittiriya, Chhandogya, Ceneshitam (duplicem huius opusculi explicationem scripsit cf. Colebr. As. Res. VIII, p. 459.) Mundaca, Prasna, Manducya, Purva Tapaniya, Cathaca, quibus fortasse addi possunt Caushitaci et Svetasvatara [i]). Quatuor commentarios ad Mundacam, ad Isavasyam, ad Ceneshitam, et Cathacam ipse diligenter perlegi; nonnullos locos me propter dictionis philosophicae obscuritatem non intellexisse confiteor; plurima tamen perspicua sunt et nulli dubitationi obnoxia. Admirabar saepenumero grammaticum eius acumen, exercitatum in subtilibus philosophorum quaestionibus ingenium, magnam sacrorum librorum cognitionem, quibus explicandis et defendendis totam suam vitam consecraverat. Etiam Bhagavadgitam a Sancara explanatam esse, docuit me Lassenius; sed de hac re alio loco.

Praeter hos commentarios etiam minores quosdam libros edidit, qui omnes eiusdem indolis sunt et ad eadem dogmata confirmanda scripti. Significo autem Atmabodham a Tayloro translatum, Mohamudgaram, de quo monuit Bohlenius (Ind. antiq. II, p. 375.), Upadesasahasrim (Colebr. Transact. II, p. 9. commentarium scripsit Anandagiris Wilson Mackenzie Collection I, p. 12.) et nostrum denique libellum, quem tamen Sancarae nomen

i) Nil monuit de his Colebrookius; attamen verisimile est, non neglectas fuisse a Sancara.

mentiri existimo. Quod enim supra attuli Colebrookii testimonium, ut Prabodhachandrodayam serioris aevi esse demonstrarem, valet etiam de hoc enchiridio, in quo dominatur recentior illa de mundi fabrica opinio; consonat plane cum Vedantasara, quod in commentario meo probare studui. Poetici Devyae elogii meminit Wilsonus Mack. Coll. I, p. 105.; nominandum est etiam Amarusatacam, quod nonnullos Sancarae assignare a scholiaste huius poematis traditum est (cf. Wilson Mackenzie-Coll. I, p. 101.). Inepta est haec grammaticorum inventio, qui misere se torquent, ut centum illorum distichorum lusus iuveniles et lascivias plilosophice et mystice explicent removeantque terreni amoris vestigia. En iam ipsa scholiastae verba: ननु शृङ्गारशतमिदमित्यस्य प्रसिद्धेः कथं शान्तिरसोऽत्र । तत्रोच्यते । भगवान् शंकराचार्यो दिग्विजयछलेन काश्मीरमगमत् । तत्र शृङ्गाररसवर्णनार्थं सभ्यैरभ्यर्थितः । शृङ्गारी चेत् कविः काव्यजातं रसमयं जगदिति वचनादित्यमरुनाम्नो राज्ञो मृतस्य परवपुःप्रवेशविद्यया शरीरे प्रवेशं कृत्वा स्त्रीशतेन सह केलिं विधाय प्रातस्तया कारयामास । पिशुनैः कापटिकोऽयमाजन्मब्रह्मचारीत्युपहसितः शान्तिरसमत्र व्याचष्टे इति किम्वदन्ति । Addidi haec ne quid deesse videretur; rem ridiculam et Sancara indignam esse quivis concedet. Non minori dubitationi obnoxium est aliud opus de historia, legibus et institutis Malabariae, quod Sancarae adscribitur. cf. Wilson Mackenz. Coll. Introd. I, p. XLVII. Sancara poeta, qui drama Sarada Tilaka scripsit, alius est. Wilson. ib. p. 111. *Theater der Hind.* II, p. 262.

B.

Absolvi prius hanc de Sancarae vita quaestionem, ut certum haberem fundamentum, quo gravior altera et profecto difficilior disputatio de ipsius philosophiae Vedanticae origine et antiquitate niteretur, cuius praestantissimum doctorem Sancaram fuisse vidimus. Scimus autem ortam esse doctrinam illam e sacris libris theologici argumenti, quos Upanishades vocant Indi; iam si a nobis demonstratum erit, Upanishades antiquo tempore scriptas esse, hinc necessario sequetur, etiam Vedantae placita, quae illis continentur, vetusta esse, longeque ante Graecos posterioris temporis mystas, Neoplatonicos aliosque, floruisse ad Gangis ripas philosophiam mysticam, quae tam similis est serae et exoticae illi Graecorum disciplinae, ut summo iure eius mater haberi possit. Ad probandam autem Upanishadum antiquitatem ex Indorum narrationibus, quae sacros libros ad casca tempora referunt eosque una cum sole et luna ortos esse perhibent, argumentum peti non posse apparet. Nam partim tales fabulas saepe mendacissimas esse obiicient ii, qui Indorum litteris vetustatis honorem detrahere student, partim quae de hymnis et formulis Vedarum valent, non valent de Upanishadibus, quas illis iuniores esse constat; neque memini loci, in quo tale quid de origine Upanishadum narretur, quale de mulctu

trium sacratorum voluminum. Neque mihi ad Upanishades pertinere posse videntur ea argumenta, quae ex astronomicis rationibus petiit Colebrookius (As. Res. VIII, p. 473.) ad demonstrandam Vedarum antiquitatem; quare alia via nobis procedendum est. Venerabilis legum collectio, quae Manus nomen prae se fert, Vedas suam quasi basin esse agnoscit, ita ut eorum mentio in quavis fere pagina occurrat; Manus autem leges revera antiquas esse, gravibus rationibus probari potest. Quum enim Alexander in Indiam profectus esset, plurima invenit regna omnibus pacis et belli artibus florentia, quadrifidam gentium divisionem, Brahmanarum collegia, quorum adeo unum, Calanum, itineris sui comitem fecit. Vide, quae de Graecis Indicarum rerum narrationibus docte exposuit Lassenius (Mus. Rhen. I, 2. p. 171 sqq.). Vera igitur narrare videntur Indi, qui inde ab antiquis temporibus se Manus legibus obtemperasse dicunt; namque iam Alexandri aetate omnia ea instituta in India obtinuisse scimus, quae codice illo sanciuntur. Attamen paullo post Alexandrum (Ol. CXVI, 1.) Ceteo, Indorum duce, qui Eumenis castra secutus erat, mortuo, eius uxorem mariti rogum ascendisse traditum est, crudeli illo viduarum more, qui ne nostro quidem aevo observari desitus. Huius vero legis ne vestigium quidem in Manu invenitur (Kalthoff. Ius matr. vet. Ind. p. 91 sqq.), unde, ut acutissime observavit Schlegelius (Berl. Cal. 1829, p. 30.), pro-

babilis est conclusio, Manus legum codicem ante tempus illud scriptum esse debere, quo comburendarum viduarum mos ita iam invaluerat, ut adeo inter peregrinos non negligeretur. Probabilem conclusionem esse dixi, certam appellare non audeo; namque aut Rigvedae loci de viduarum sacrificio a Colebrookio allati pro interpolatis habendi sunt, quod audacter Kalthoffius statuit, aut concedendum, iam antiquo tempore atque ante Manum viduas pyram ascendere solitas. Hanc difficultatem sic solvendam esse opinor: se ipsum interficiendi crimen ab antiquissimis temporibus Indi perosi sunt; permissum tamen erat, ut viduae maritum mortuum sequerentur, quod e Rigveda apparet, deinde ut, qui provecti essent aetate, absolutis omnibus officiis suis, vitam relinquerent, cuius rei novum exemplum praebet Mrichchhacaticum; noti sunt Calanus et Zarmanochegas. Locus, quem Wilsonus ad initium Mrichchh. e Ramayano laudat, est III, 5, v. 37. sqq.: एष पन्था नरव्याघ्र मुहूर्तं पश्य तात मां । यावज्जहामि गात्राणि जीर्णां त्वचमिवोरगः ॥ ततोऽग्निं स समाधाय हुत्वा चाज्येन मन्त्रवित् । शरभङ्गो महतेजाः प्रविवेश हुताशनं ॥ तस्य रोमाणि केशांश्च ददाहाग्निर्महात्मनः । जीर्णां त्वचं तथास्थीनि यच्च मांसं सशोणितं ॥ etc. Utrumque moris erat, nulla lege sancitum, nec saepe neque ubivis factum esse videtur; utrumque in Manu non commemoratur, ea fortasse ratione, quod cuiusvis arbitrio relinquebatur legis auctoritate neque commendandum nec reprobandum; hoc posteriore tempore obsolevit, illud increbruit magnamque

pietatis laudem adeptum est. Sed redeo ad Manus codicem, qui saltem ea tempora praecessisse putandus est, quibus haec consuetudo dilatata fuit; nam alioqui rem tam vulgarem vix omittere potuisset. Quodsi autem legum collectionem antiquam esse concedis et Alexandro priorem, sacri libri, qui in legibus ubique respiciuntur, magnam habent vetustatis praerogativam. Namque in Dharma-Sastro et tres priores Vedae a Brahmane ipso creati esse dicuntur (Man. I, 23.), et Upanishades nominantur vel saltem significantur; sic II, 140, 165; IX, 263., ubi vox रहस्यं mysterium a Culluca per उपनिषत् explicatur; nomen उपनिषत् occurrit VI, 29. Aliis locis Upanishades respici, satis manifestum est; sic IV, 123. alluditur ad eas partes Vedarum, quae Aranyaca appellari solent. Man. III, 185. habemus nomen त्रिणाचिकेतः, de quo sermo est in prima Cathacae parte, ubi origo eius exponitur; sufficiet haec adduxisse: त्रिणाचिकेतस्त्रयमेतद्विदित्वा य एवं विद्वांश्चिनुते नाचिकेतं । स मृत्युपाशान् पुरतः प्रनोद्य शोकातिगो मोदते स्वर्गलोके ॥ Man. VI, 76. est sine dubio imitatio loci e Maitrayani-Upanishade (Anquet. Oupnek'h. I, p. 295.) translati a Jonesio (Works XIII, p. 370.); cf. etiam Vedantasar. p. 27, l. 8. Sic Man. XI, 33. commemoratur imprecandi formula, quae ab Atharvane Angirasi tradita sit, quos utrosque in initio Mundacae nominatos invenimus. III, 16. Saunaca occurrit, qui in Mundaca ab Angirase instituitur. Sex disciplinarum, quibus ad legendos Vedas opus est, mentionem factam videmus III, 184; IV, 98. Ita etiam Bha-

gavadgitae scriptorem Upanishades prae oculis habuisse, certum est. Locus splendidissimus II, 19. sumptus est e Cathaca, aliquot verbis et versuum collocatione mutatis; ibi enim sic legitur (p. 6, l. 5.): न जायते म्रियते वा विपश्चिन्नायं कुतश्चिन्न बभूव कश्चित् । अजो नित्यः शाश्वतोऽयं पुराणो न हन्यते हन्यमाने शरीरे ॥ हन्ता चेन्मन्यते हन्तुं हतश्चेन्मन्यते हतं । उभौ तौ न विजानीतो नायं हन्ति न हन्यते ॥ II, 29. compara cum Cath. p. 5, l. 2. आश्चर्यो ऽस्य वक्ता कुशलोऽस्य लब्धा आश्चर्यो ज्ञाता कुशलोऽनुशिष्टः ॥ Initium lectionis XV. colorem duxit ex eadem Upanishade p. 11, l. 14., ubi sic: ऊर्ध्वमूलोऽवाक्शाख एषोऽश्वत्थः सनातनः । Sed nolo his pro argumentis uti, quia ipsa Bhagavadgita mihi serior esse videtur. Teneamus igitur illud: totum Vedarum corpus una cum Upanishadibus et reliqua appendice iam ante leges, quae Manus nomine circumferuntur, scriptas sanctitatis laude floruisse. Erit fortasse aliquis eam ob caussam de Upanishadum antiquitate docte dubitans, quod tota tractatuum illorum theologicorum sylloge ad Atharvanem pertineat, tribus reliquis Vedis iuniorem et non uno nomine suspectum. Namque et apud Manum aliquoties tres tantum Vedae nominantur, et in Bhagavadgita (IX, 17.); atque adeo Amara - Sinha de tribus solummodo loquitur; tangit quidem Manus uno loco Atharvanem (XI, 33), sed hunc versum Jonesius (Works IV, p. 102.) a glossatore profectum esse, non sine ratione existimat, quippe quem in nonnullis MSS. omissum viderat (magna tamen est Cullucae auctoritas, qui eum commentatus est: miror rem

plane neglectam esse a novissimo editore). Aliis locis (Nal. VI, 9. XII, 17., Indraloc. IV, 9.), quos adduxit Bohlenius (Ind. antiq. I, p. 130.), quatuor libri sacri recensentur; nollem vir doctissimus in hoc versu episodii de Arjunae itinere offendisset (II, 18. b.): स्तूयमानं द्विजाग्र्यैश्च ऋग्यजुःसामवेदिभिः (de hiatu cf. Schleg. ad Hitop. p. 10), qui nihil probat; nota est enim res de Brahmanis in duobus seu tribus librorum sacrorum versatis, nemoque ex eo, quod in Mrichchhacatico p. 2, l. 2. de rege Sudraca narratur, eum Richem et Samanem calluisse, coniiciet, tunc temporis Yajushem nondum exstitisse. Rem implicatam facillime expedies, si comparaveris Chhandogyae Upanishadis testimonia. Ibi enim locutio त्रयी विद्या (cf. Bhagavadg. IX, 20.) h. e trium Vedarum cognitio, seu trium Vedarum corpus, saepe occurrit; sic I, 1. fin. 4. init. II, 20. etc.; de tribus tantum Vedis sermo est in his locis: सामवेद एवोद्यजुर्वेदो गीर्ऋग्वेदस्थं । (Chh I, 3. „Samaveda est syllaba ud, Yajurveda syllaba gî, Rigveda syllaba tham;“ nempe sermo est de tribus syllabis vocis udgîtha, in quibus explicandis varie luditur). तानु तत्र मृत्युर्यथा मत्स्यमुदके परिपश्येदेवं पर्यपश्यदृचि साम्नि यजुषि । (Chh. I, 4 „hos (deos) mors, ut piscem in aqua videre licet, sic illic vidit in Riche, Samane et Yajushe.“). प्रजापतिर्लोकानभ्यतपत् तेषां तप्यमानानां रसान् प्रावृहदग्निं पृथिव्या वायुमन्तरिक्षादादित्यं दिवः । स एतास्तिस्रो देवता अभ्यतपत् तासां तप्यमानानां रसान् प्रावृहदग्ने ऋचो वायोर्यजूंषि सामान्यादित्यात् स एतां त्रयीं विद्यामभ्यतपत् तस्यास्तप्यमानाया रसान् प्रावृहद्भूरित्यृग्भ्यो भुव इति यजुर्भ्यः स्वरिति सामभ्यः । (Chh. IV, 17. „Crea-

tor mundos lumine suo calefecit; ex iis calefactis succos emulsit: ignem e terra, ventum ex atmosphaera, solem e coelo. Is hos tres deos lumine suo calefecit; ex iis calefactis succos emulsit, ex igne Rigvedae hymnos, e vento Yajurvedae formulas, Samanis cantus e sole; is hanc triplicem scientiam lumine suo calefecit; ex ea calefacta succos emulsit; vocem *bhûr* ex hymnis Rigvedae, vocem *bhuvah* e formulis Yajurvedae, vocem *svar* e Samanis cantibus." Vox रसः plane respondet Latino. *succus*, quod etiam praecipuam rei alicuius facultatem significare potest. अग्ने ऋचो sic clare codex, quod non mutandum esse duxi, etsi regulae euphonicae adversetur, quam posuit Boppius r. 75. d. Quum enim vocalis ऋ in mutatione litterae न् in ण eandem prorsus efficaciam habeat, quam repha, non absonum videtur, etiam in hoc casu idem valere. Attamen res dubia est; citat enim Culluca ad Man. I, 23. hunc s. librorum locum: अग्नेर्ऋग्वेदो वायोर्यजुर्वेद आदित्यात् सामवेदः। et supra habuimus गोर्ऋग्वेदस्य. Lucem ex hoc loco accipit Manus l. c., qui, ut mihi quidem videtur, eum respexit). Adde, quae allata sunt testimonia a Colebrookio (As. Res. VIII, p. 370.) his plane consentanea, e quibus omnibus eam coniecturam capere possumus, tres tantum antiquo tempore Vedas appellatos fuisse, neque Atharvanem eo honore dignum habitum. Exstitisse autem Atharvanem iam illo tempore, probat eadem Chhandogya duobus locis; primus est in capite tertio, ubi primo sol cum melle comparatur, hymni sacri

cum apibus, Rigveda cum flore; deinde formulas Yajushis et Samanis cantus apes nuncupat vates, flores Yajurvedam et Samavedam; sequuntur haec verba: अथ येऽस्योदञ्चो रश्मयस्ता एवास्योदीच्यो मधुनाड्योऽथर्वांगिरस एव मधुकृत इतिहासपुराणं पुष्पं । (III, 4. „qui eius (solis) sunt radii boreales, eae mellis venae boreales; Atharvan ab Angirase traditus sunt apes, fabulae et narrationes sunt flores.“ इतिहासपुराणं cave, ne de serioribus Puranis intelligas; notandum praeterea masc. अथर्वा). Habes igitur trium Vedarum enumerationem et mentionem etiam Atharvanis, sed ita, ut eum non inter Vedas receptum fuisse appareat. Secundo loco iam usus est Colebrookius; attamen apponam eum, quia gravissimus videtur: अधीहि भगव इति होपससाद सनत्कुमारं नारदस्तं होवाच यद्वेत्थ तेन मोपसीद ततस्त ऊर्ध्वं वक्ष्यामीति स होवाच ऋग्वेदं भगवोऽध्येमि यजुर्वेदं सामवेदमाथर्वणं चतुर्थमितिहासपुराणं पंचमं वेदानां वेदं पित्र्यं राशिं दैवं निधिं वाकोवाक्यमेकायनं देवविद्यां ब्रह्मविद्यां भूतविद्यां क्षत्रविद्यां नक्षत्रविद्यां सर्पदेवजनविद्यामेतद्भगवोऽध्येमि । (Cod. praebet ऊर्ध्वं, quod correxi; cf. Man. VIII, 278. वेदानां वेदं Colebrookius secundum Sancaram per: *grammar* reddidit; audiendi sunt in talibus nominibus explicandis Indorum grammatici; nam e verbis ipsis res ad liquidum perduci non potest. Notandum est compositum वाकोवाक्यं, quod e mea quidem sententia continet formam antiquiorem vocis वाच्, quae pridem ubivis वाक् sonuisse videtur, non solum iis locis, ubi euphoniae regulae gutturalem requirunt. Sic pars Vedarum nominatur अनुवाकः; compara Latinum *vox* et *voco* et ἔπος (वचः); cf.

Lassen Ind. Bibl. III, 1. p. 34. sq. वाकोवाक्यं nempe est compositum irregulare ut वाचस्पतिः; licet etiam voces separare, nam talia e MSS. diiudicari non possunt). Ipsius praeterea Angirasis mentio fit in Chhandogya I, 2.: तं हांगिरा उद्गीथमुपासां चक्र एतमु एवांगिरसं मन्यन्तेऽङ्गानां यद्रसस्तेन । („udgîtham illum veneratus est Angiras; quem Angirasem appellari existimant, quia est succus Angarum"). Angiras autem in Mundaca Satyavahae discipulus audit, qui scientiam ab Angire accepit, Atharvanis sectatore; supraque iam vidimus librum Atharvanem ab Angirase profectum dici, cum quo concinit Man. XI, 33. Haec omnia optime se habent, si Colebrookii sententiam sequeris; quippe Atharvan est liber perantiquus et in ipsis Upanishadibus laudatus, sed seriore demum tempore Vedae nomen et auctoritatem adeptus est. Hinc factum, ut ab aliis, qui antiquum morem sequebantur, Veda non nominaretur atque tres tantum libri sacri enumerarentur, ut ab Amara-Sinha et Bhagavadgitae scriptore, alii novam appellandi rationem observarent; nemo autem mirabitur in Mundaca, Atharvanis ipsius Upanishade, eum honorifico illo nomine ornari (cf. locum infra citatum), quod de duabus aliis Upanishadibus observavit Colebrookius. Sed etiamsi concedamus Atharvanem seriore tempore scriptum esse, nihil aliud hinc concludi potest, quam eas Upanishades iuniores esse, quae ad illum Vedam pertinent; at plurimae Upanishades ex aliis Vedis excerptae sunt, de quarum anti-

quitate nemo dubitare poterit; sic Chhandogya, Vrihadaranyacum, Aitareyacum, Caushitaci, Isavasyam, Ceneshitam, aliae, quae inprimis a Vedantica schola legebantur et explicabantur. Id igitur pro certo habere possumus, Upanishades, praecipuum philosophiae Vedanticae fontem, longe ante Manum scriptas et a magistris discipulis traditas fuisse, quod etiam internis argumentis demonstrari potest. Significo autem partim peculiares quasdam metri licentias, partim loquendi genus et obsoletas vocabulorum formas, quae in Upanishadibus occurrunt. Deprehendimus quippe in nonnullis tractatuum illorum mysticorum metricas compositiones, intermixtis pluribus sententiis, quae ad metricae normam revocari non possunt. Ea tamen lege versus et prosam orationem alternavere Upanishadum scriptores, ut, quae simpliciter narrantur, prosa plerumque expressa sint (tota Chhandogya, ni fallor, soluta oratione scripta est), sermones autem locique paullo commotiores versibus decurrant. Sic Cathopanishad incipit brevi narratione prosaica (p. 1, l. 3—5.), sequuntur Nachicetasis verba sloca comprehensa (l 6, 7.); paucis prosaicis interiectis iterum slocas invenies (l. 9—12.), et sic porro. Praeter slocas communes autem occurrunt versus hendecasyllabi et dodecasyllabi, quales in Bhagavadgita et alibi. Si vero accuratius inquisiveris in horum versuum naturam, eos multum abesse senties ab elegantia numerorum, in qua posteriores poetae sibi placue-

runt, invenies metri anomalias, syllabas superfluas, contractiones irregulares, hiatus, qui euphoniae legibus a grammaticis constitutis serioribus religiose evitantur. Sic, ut rem paucis exemplis absolvam, in versu hendecasyllabo seu dodecasyllabo dipodiae iambicae loco praemittitur trochaica; e. g.: शान्तसंकल्पः सुमना यथा स्याद्वीतमन्युर्गौतमो माभि मृत्यो। त्वत्प्रसृष्टं माभिवदेत् प्रतीत एतत् त्रयाणां प्रथमं वरं वृणे॥ Cath. p. 1. fin. (notabilis hendecasyllabi cum dodecasyllabo coniunctio; cf. etiam Cath. p 6, l. 10, 11.) et alibi saepissime, ita tamen ut semper longa sit quarta syllaba. Omitto alias in eadem dipodia licentias, quas nonnullis tantum locis observavi, e. g. ut pro diiambo hoc metrum: ⏓ — — ⏑ usurpetur (Cath. p. 4, l. 18. p. 6, l. 16.). In secunda horum versuum parte nonnunquam pro dactylo, anapaesto seu cretico tribrachys ponitur. Cath. p. 6, l. 15. नायमात्मा प्रवचनेन लभ्यो न मेधया न बहुना श्रुतेन। Maior est in ultima dipodia constantia; saepius tamen etiam in ea vulgares regulas violatas videmus. De syllabis superfluis, quae non solum in hoc versuum genere, sed etiam in slocis inveniuntur, est quod dubitare possimus. Namque etsi exemplorum numerus (in quavis fere editarum Upanishadum pagina leguntur) atque versuum communes rhythmos exsuperantium cum regularibus coniunctio revera eos versus esse suadeat, legem tamen mihi nondum detegere licuit, cui sine dubio etiam in eiusmodi licentiis antiqui vates obtemperarunt. Omnino autem negare pro ver-

sibus talia habenda esse, nimia foret audacia, cum ipsi Indorum grammatici, in arte sua metrica optime versati, numeros agnoscere non addubitaverint. Sic Sancara B. S. I, 3, 22. p. 82. copiose explicans locum Mundacae (II, 2. p. 5. fin.) न तत्र सूर्यो भाति न चन्द्रतारकं नेमा विद्युतो भान्ति कुतोऽयमग्निः । तमेव भान्तमनुभाति सर्वं तस्य भासा सर्वमिदं विभाति ॥ haec profert: तस्य चेति (sunt verba aphorismi, qui illustratur) चतुर्थपादमस्य श्लोकस्य सूचयति । तस्य भासा सर्वमिदं विभातीति च तद्धेतुकं भानं सूर्यादेरुच्यमानं प्राज्ञमात्मानं गमयति । et paullo post: अथ वा न सूर्यादीनामेव श्लोकपठितानामिदं तद्धेतुकं विभानमित्युच्यते etc. Aperte Mundacae verbi sloca nominantur, h. e. versus; nam slocam arctiori sénsu appellari non posse, satis apparet. Iam secunda versus pars bene se habet, quum dipodia trochaica et tribrachys exemplis muniti sint, quae supra adduxi. Quid autem faciemus prima parte, cuius hi sunt numeri plane irregulares: v — v — — — v v — v — v — | — — — v — — v v — v — —. Longa syllaba post primam dipodiam iambicam saepius additur; sic Cath p. 1, l. 14. आशाप्रतीक्षे संगतं सूनृतां च इष्टापूर्ते पुत्रपशूंश्च सर्वान् । Vidimus etiam numerum hendecasyllabum cum dodecasyllabo coniungi. Quod autem sequitur: नेमा विद्युतो tam singulare est, ut corruptum esse existimarem, nisi firmaretur auctoritate Sancarae, a quo haec verba saepius laudantur, eodemque modo scriptum sit in Cath. p. 11, l. 12. Bonum versum lucraremur, si legeremus न विद्युतो; sed cautissimo iudicio talia tractanda erunt futuro Upanishadum editori, qui haec antiquita-

tis vestigia anxie potius servare, quam corrigendi cupiditate oblitterare debebit. Sic in Cath. p. 5. fin. sq. यदिच्छन्तो ब्रह्मचर्यं चरन्ति तत् ते पदं संग्रहेण ब्रवीम्योमित्येतत्। habemus regularem hendecasyllabum; cetera verba quasi extra versum posita esse videntur. Caesuram desidero in hoc versu: यस्त्वविज्ञानवान् भवत्यमनस्कः सदाशुचिः। Cath. p. 7, l. 11. Contractionis irregularis pauca exempla afferam: Cath. p. 9, l. 11. मृत्योः स मृत्युमाप्नोति य इह नानेव पश्यति। optimus sloca evadit, si य et इह legendo contrahuntur. Cath. p. 4, l. 20. अयं लोको नास्ति पर इति मानी पुनः पुनर्वशमापद्यते मे। pronunciandum परेति. Hiatus saepissime inveniuntur, praecipue eo loco, quo facile excusari possunt, in caesura. Sic Cath. p. 9, l. 4. या प्राणेन संभवति अदितिर्देवतामयी। ibid. p. 1, l. 14. p. 6, l. 13. अशरीरं शरीरेषु अनवस्थेष्ववस्थितं। ut rectissime scriptum est in ed. Calc., in qua nonnunquam talia sine idonea ratione emendata sunt; cf. Schlegel. ad Hitop. p. 13. fin. Sed etiam aliis locis eius exempla non desunt: Isav. v. 9. अन्धं तमः प्रविशन्ति ये अविद्यामुपासते। Cath. p. 9, l. 16. अंगुष्ठमात्रः पुरुषो ज्योतिरिव अधूमकः। Isav. v. 4. adeo hiatus admissus est in verbo composito: तद्धावतोऽन्यानत्येति तिष्ठत्। Adde, si placet, aliquot Rigvedae locos: Rosen. Rigv. Spec. p 6, l. 2. p. 10, l. 2. p. 16, l. 6., de quibus plura monebo, si quando de Upanishadum metris in universum mihi disputare licebit. Hac opportunitate demonstrasse sufficit, multas iis inesse, quae antiqua tempora redoleant, anomalias, religiose servatas a grammaticis, qui librorum illorum sanctitatem reveriti, ab iis corrigen-

dis manum abstinuerunt, quum alii libri a diasceuastis pro aetatis suae captu immutati esse videantur. Vide, quae breviter, sed docte, ut solet, monuit Lassenius (Ind. Bibl. III, 1. p. 83.). Paucas eiusmodi licentias in poematis epicis et in legum codice invenimus: contractionem irregularem vide ap. Man. VIII, 37. a., ubi Culluca eam in Vedis usitatam esse dicit; cf. Loiseleur Notes p. 459. Upanishadum sermonem talibus anomaliis abundantem longo intervallo carmina epica praecessisse, omnes concedent. — Secundum, quod supra tetigi, vetustatis signum, est orationis in Upanishadibus conformatio; breves plerumque sunt sententiae, neque arcto vinculo connexae, saepenumero elliptico dicendi genere obscurissimae, ut sine commentarii ope vix intelligi possint. Omnia antiqui temporis simplicitatem prae se ferunt; verborum compositorum usus non tam frequens est, quam in libris posterioribus, qui componendi licentia saepe abutuntur; nulla est sermonis ubertas, sed potius quaedam in dicendo sterilitas et earundem cogitationum repetitio; logici ordinis leges plerumque desideras; oratio ibi tantum altius exsurgit, ubi divini numinis natura describitur et laudatur. Habemus insigne huius styli exemplum in Cathaca, cuius initium praesertim nimia obscuritate laborat; idemque observare licet in Chhandogya, quanquam ea Upanishad mihi minus horrida et inculta videtur. Accedit ad hanc totius orationis indolem in singulis formis quaedam an-

tiquitatis rubigo. In universum id monendum est, plurimas vetustae linguae reliquias in Cathaca et Isavasyam - Upanishade inveniri; pauciores in Mundaca et Chhandogya, quas ideo seriores esse existimo. Ac de Mundaca quidem per se probabile est, quum ad Atharvanem pertineat; firmatur suspicio eo, quod locus: न तत्र सूर्यो भाति verbotenus e Cathaca sumtus est; alias eiusmodi imitationes saepius observavi. E Chhandogya hic locus mihi gravissimus esse videtur: VIII, 6. तदेष श्लोकः शतं चैका च हृदयस्य नाड्यस्तासां मूर्धानमभिनिःसृतैका तयोर्ध्वमायन्नमृतत्वमेति विष्वङ्ङन्या उत्क्रमणे भवन्त्युत्क्रमणे भवन्ति । Manifeste laudatur versus quidam notissimus e sacris libris; invenitur autem idem ille versus in fine Cathacae p. 13, l. 2., ubi विष्वङ् scriptum est; de metro compara ea, quae supra allata sunt; ultima verba repetuntur propter finem sectionis. Sed mittam hanc rem, quae tunc solum ad liquidum perduci poterit, cum totum Upanishadum corpus ante oculos habebimus; pauca haec monui, ut eruditorum animum illuc converterem. Redeo ad formas obsoletas, quarum praecipuae hae sunt: *Dualis masc. in* आ Mundac. III, 1. p. 6. द्वा सुपर्णा सयुजा सखाया (ultima vox confirmat, quod Lassenius coniecit (Ind. Bibl. III, 1. p. 74.), per omnes declinationes olim hanc licentiam usitatam fuisse). En tibi Paninis aphorismum, qui hanc et alias licentias enumerat (respexit eum Boppius Add. Gramm. p. 321, sqq.); VII, 1, 39. (Siddh. Caum. p. 443, l. 11): सुपां सुलुक्पूर्वसवर्णाच्छेयाडाड्यायाजाऽऽलः । h. e. casuum affixa (सुप्)

has permutationes in Vedis patiuntur: nominativus singularis (सु) substituitur pro plurali; e. g. ऋतवः सन्तु पन्थाः pro पन्थानः; in septimo casu vocalis इ abiici (लुक्) potest; e. g. परमे व्योमन् pro व्योमनि; आर्द्रे चर्मन् pro चर्मणि; in instrumentali fem. in इ locum affixi vulgaris obtinet vocalis longa affinis semivocali, quae affixum praecedit, h. e. ई; nempe dicitur pro धीत्या मत्या सुष्टुत्या धीती मती etc. cf. Rosen. Rigv. Spec. p. 25.; in nominativo dualis masculini आ ponitur pro औ; e. g. उभा यन्तारा et या सुरथा रथीतमा दिविस्पृशा अश्विना । in accusativo pluralis आत् pro आन्; e. g. न तात् ब्रह्मणात् निन्दामि। (aliter Bhattoji-Dixitas; is enim haec exempla adducit: न तात् ब्राह्मणं et यादेव विद्म तात्वा । ideoque accusativum sing. significari putat); pronomina primae et secundae personae in nominativo pluralis assumunt terminationem ए; e. g. न युष्मे वाजबन्धवः । अस्मे इन्द्राबृहस्पती । (etiam hic non concinit Bhattoji-Dixitas; aperto quippe errore duas illas formas pro युष्मासु et अस्मभ्यः sumit); in instrumentali sing. nominum in उ ponitur या pro ना; e. g. उरुया धृष्णुया; in locativo nominum in इ आ pro औ invenitur; e. g. नाभा पृथिव्याः (quod insertum est इया explicare non possum); neutro in उ additur या e. g. साधुया pro साधु; in locativo sing. masc. in अ ponitur आ pro ए; e. g. वसन्ता यजेत । Exposui haec e commentario et e Siddhanta-Kaumudi. Sequuntur apud Paninem haec scholia: सुपां सुपो भवन्ति । इति वक्तव्यं । धुरि दक्षिणायाः दक्षिणायामिति लोके ॥ तिङां च तिङो भवन्ति इति वक्तव्यं । (तिङ् sunt affixa verbalia) चषालं ये अश्वयूपाय तक्षति । तक्षन्ति इति लोके ॥ इयाडियाजीकाराणामुपसंख्यानं कर्तव्यं ॥ इया। उर्विया। दार्विया। उरुणा।

दारुणा इति लोके ॥ डियाच् । सुक्षेत्रिया । सुगात्रिया । सुक्षेत्रिणा । सुगात्रिणा इति लोके ॥ ईकारः । दृतिं न शुष्कं सरसी शयानं । सरसि इति लोके ॥ आङ् अयाच् अयारां उपसंख्यानं कर्तव्यं ॥ आङ् । प्रवाहवा । प्रवाहुना इति लोके । अयाच् । स्वप्नया । स्वप्नेन इति लोके । अयार् । सिन्धुमिव नावया । नावेति लोके ॥, quae perspicua sunt ideoque a me adducta, quia continent anomaliam etiam in Upanishadibus obviam, locativum in ई; sic Cath. p. 8, 2. मनसी, ubi Sancara Schol. p. 47, l. 15. छान्दसं दैर्घ्यं। नाम्नी Chhandog. VII, 5., si vera est lectio; cf. Rosen. Rigv. Spec. p. 12. Cum eo, quod supra positum est, चर्मन् pro चर्मणि compara अन्तरात्मन् pro अन्तरात्मानं. Cath. p. 8, l. 13. *Nom. plur. primae decl. in* आसः; Cath. p. 3, l. 1. जनासः; cf. Rosen Rigv. Spec. p. 7, p. 19. Colebr. Transact. I, p. 454. Pan. VII, 1, 50. आज्जसेरसुक् (h. e. अ। इत्येतदन्तादङ्गात् परस्य जस्। इत्येतस्य वेदे असुक्। इत्येष आगमः स्यात् ॥ Exempla etiam inter pronominalia occurrunt: परासः, पूर्वासः — *Instrumentalis masculinorum in* अ *terminatur in* एभिः; Cath. p. 9, l. 4. et 6. भूतेभिः; l. 8. मनुष्येभिः; Mund. p 1, l. 1. कर्णेभिः; p. 7, l. 13. कामेभिः (sic legendum). Cf. Lassen. Ind. Bibl. III, 1, p. 72. Pan. VII, 1, 10. बहुलं छन्दसि ॥ भिस्। इत्येतस्य बहुलं वेदे ऐस् इत्येष आदेशः स्यात्। उक्तादन्यत्र भवति। नद्यैः। उक्ते च न भवति। देवेभिः सर्वेभिः। प्रोक्तं इति ॥ — *Voces et radices rariores in his libris saepe proveniunt.* Sic substantivum वेदः, quod divitias significat; Rosen. Rigved. Spec. p. 10. Cath. p. 1, l. 4; hinc compositum जातवेदः de igni: Cen. p. 2, l. 18. Cath. p. 9, l. 7.; दुरोणः pro द्रोणः Cath. p. 10, l. 4.; मनीड् Cath. p. 12, l. 10.; कु terra: Cath. p. 4, l. 2.; वयुनानि (कर्माणि) Is. p. 2, l. 16. नाना indeclinabile separatum aliquoties occurrit in

capite quarto Cathacae. Observa haec composita: अक्ता गोप्ता ऋतता अद्रिजा Cath. p. 10, l. 5. in nominativo singularis; cf. Siddhant. Caum. p. 432, l. 6. Pan. III, 2, 37. Rarae sunt radices सि Cath. p. 4, l. 8.; वश् (उशन्) Cath. p. 1, l 3.; ईड् (ईड्यः) Cath. p. 2, l. 16; p. 9, l. 8. cf. Rigved. p. 18.; अर्पत् Isav. p. 1, l. 9.; विधेम Isav. fin. cf. Rigv. p. 21.; एजति Cath. p. 11, l. 18. Is. p. 1, l. 11. (एजृ कम्पने Sanc. p. 7, l. 7.). Mund. p. 4, l. 19. Cf. Rigv. p. 6. — *Frequentior aoristi usus* in libris iunioribus grammaticae eruditionis signum est, quae captat formas obsoletas et difficiles, ut Alexandrini poemata sua Homericis ἅπαξ λεγομένοις ornarunt; in Upanishadibus eum antiquitatis argumentum esse puto, quia lingua antiqua maxima formarum abundantia excelluisse videtur. E sola Cathaca haec exempla enotavi: p. 1, l. 17. अवात्सीः; p. 2, l. 20. उपरोत्सीः; p. 3, l. 17. अनुप्राप्तीः (अप्राक्षीत् Chhandogy. V, 3. अप्राक्ष्यो forma dubia Chhandogy. VI, 1.); p. 3, l. 20. अद्राक्ष्म; p. 4, l. 13., p. 5, l. 13. अत्यस्राक्षीः; p. 5, l. 7. आपः; p. 12, l. 1. अशकत् (Cen. p. 3, l. 2. Chhand. V, 1. saepius; huc pertinet forma rarissima अकेमहि Cath. p. 7, l. 4., de qua videndus Lassenius Ind. Bibl. III, 1. p. 83.). Sequantur haec e Ceneshita p. 2, l. 20. अवेदीत् p. 3, l. 19. (अवेदिषुः Chh. VI, 1.); व्यद्युतत् (alia forma दविद्युतत् citatur a Panine VII, 4, 65.); ib. l. 20. न्यमीमिषत्; Isavas. p. 1, l. 4. मा गृधः. E Chhandogya nondum omnia exempla aoristi excerpsi; occurrunt tamen haud raro; e. g. प्रयांसीः et प्रध्यासीः Chh. IV, 1.; प्रात्रासीः Chh. VIII, 9.; अपहार्षीत् Chh. VI, 16.; ऐच्छत *optavit*,

VI, 2., quae forma sane mira est; exspectares enim ऐक्षत्, quum ईक्ष् activum sit; eodem tamen modo ईक्षेय et ईक्षते Chh. VII, 3.; contra in Cath. p. 8, l. 14. pro imperfecto ऐक्षत *vidit* positum est: ऐक्षत् (ऐक्षन्त vero Cen. p. 2, l. 13.), quod partim ex utriusque radicis affinitate, partim e permutatione generum verbi explicandum est. Anuotat autem Sancara ad locum illum Cathacae, ubi imperfectum praesentis vice fungitur, esse hanc Vedorum licentiam: p. 51, l. 18. छन्दसि कालानियमात्; ipse igitur antiquam linguam in Upanishadibus agnoscit. Notabilis forma est: समक्लृप्त Chhand. VII, 4., ubi etiam occurrit substantivum संक्लृप्तिः, quae nondum comperta fuerant Lassenio Ind. Bibl. III, 1, p. 43. - उत्क्रमीः Chh. V, 1. etc. Ut aoristus, sic etiam aliae exquisitae verbi partes in Upanishadibus usurpantur: intensiva; e. g. अलोलुपन्त Cath. p. 4, l. 16.; दंद्रम्यमाणाः ib. l. 18.; लेलायते Mund. p. 2, l. 5. Desiderativa अशिशिषति Chhandogy. VI, 8.; उच्चिक्रमिषत् Chh. V, 1. Perfectum passivi ददृशे Cath. p. 12, l. 3., cuius secunda persona, non tertia ut putat Rosenius eruditissimus, servata est Rigv. Spec. p. 6. Addo passivam formam व्यशीर्यत् significatione conditionalis: Chhandogya V, 15. Conditionales अवेदिष्यं, अवक्ष्यं ib. 3. VI, 1.; व्यपतिष्यत्, आगमिष्यः V, 12.; अभविष्यत् ib. 13, VII, 2.; उदक्रमिष्यत् V, 14.; व्यभेत्स्यत् ib. 16.; व्यम्लस्येतां ib. 17. (nonne potius व्यम्लास्येतां?); व्यज्ञापिष्यत् Chhand. VII, 2. — Iniiciam hic alius rei mentionem, in qua grammatici non satis accurate versati sunt; occurrunt nempe in Chhandogya haec dvandvorum exempla: द्यावापृ-

थिवी VII, 4. (cum verbo in singulari); VIII, 1. सूर्याचन्द्रमसौ VII, 12.; VIII, 1.; ultimum secundum Boppium v. cl. Gramm. r. 657. solum in Vedis, et quidem in invocatione tantum, locum habere potest; prius notare omisit. Wilkinsius de utroque sic praecipit: „In forming compounds of the names of divinities the first member may *occasionally* be made to terminate in a long vowel, as मित्रावरुणौ Mitra and Varuna, अग्नीषोमौ Agni and Soma (1095.)“, et deinde (1106.): „द्यावा is substituted for दिव Heaven, preceding any word in a compound of this species, after the first mode, as द्यावाभूमी d. Heaven and earth, द्यावाक्षमे d. Heaven and earth. Before पृथिवी दिव may also be changed to दिव्, as द्यावापृथिव्यौ or दिवस्पृथिव्यौ Heaven and earth.“ In quibus quae vera, quae falsa sint, mox videbimus. Careyus in eo, quod de द्यावा dicit, plane concinit cum Wilkinsio, de altera re melius sic disputat (p. 789.): „When the names of any two deities mentioned in the Vedas are there compounded, the last vowel of the first member must be made long. This form is sometimes used in other writings. Ex. मित्रावरुणौ अग्नीषोमौ. If the names are not mentioned in their compounded state in the Vedas, the form is as follows: ब्रह्मप्रजापती.“ Sed etiam hic accuratam normam desideras; quare ut ad aliquid certi perveniamus, ipsi Indorum grammatici audiendi sunt. Agit de dvandvis Bhattoji-Dixitas in Siddhanta-Caumudi I, p. 109, l. 14 — p. 113, l. 6. ducem secutus Paninem, qui partim

in libri secundi capite secundo et quarto, partim in sexti tertio compositorum copulativorum rationem uberrime tractavit. Digrediamur paullulum ab huius libelli semita et auscultemus sapienti grammatico, sed omissis Sutris libri secundi, quae notissima continent. VI, 3, 25. आनङ् ऋतो द्वन्द्वे ॥ h. e. in compositis copulativis vocum, quae vocali ऋ terminantur quaeque aut cognitionem aut affinitatem significant (विद्यायोनिसंबन्धवाचिनां, ut ait commentator et Bhattoji-Dix. p. 112, l. 8.), prioris vocis ऋ finale in आ mutatur. Exempla sunt haec: होतापोतारौ । नेष्टोद्गातारौ । मातापितरौ । याताननन्दारौ । Eandem anomaliam sequitur vox पुत्र; hinc पितापुत्रौ etc. VI, 3, 26. देवताद्वन्द्वे च ॥ Comm. देवतावाचिनां द्वन्द्वे उत्तरपदे परे पूर्वपदस्यानङ् इत्येष आदेशः स्यात् ॥ इन्द्रावरुणौ । इन्द्रासोमौ ॥ पुनर्द्वन्द्वग्रहणं लोके प्रसिद्धसाहचर्याणां वेदे सहद्वाननिर्दिष्टानां यो द्वन्द्वस्तत्परिग्रहार्थं । तेन ब्रह्मप्रजापती इत्यादिषु न भवति । नैतौ लोके प्रसिद्धसाहचर्यौ । नापि वेदे सहद्वाननिर्दिष्टौ । h. e. in composito copulativo e nominibus deorum constante vox prior vocalis finalis loco *a* longam assumit; e. g. इन्द्रावरुणौ । इन्द्रासोमौ । अग्नामरुतौ । Vocabulum dvandva hic repetitur, ut compositum copulativum ex eorum tantum deorum nominibus significetur, quorum consortium in vulgus notum est et in Vedis communibus sacrificiis ostenditur; hinc regula illa in composito ब्रह्मप्रजापती et aliis eiusmodi locum non habet; eorum enim consortium neque in vulgus notum est, neque in Vedis communibus sacrificiis ostenditur. Pergit commentator: देवताद्वन्द्वे उभयत्र वायोः प्रतिषेधः । अग्निवायू । वाय्वग्नी । h. e. in compositis copulati-

vis e deorum nominibus vox वायुः praecedentem regulam non sequitur, utrobique, et si praemissa est, et si postponitur; quod deinde exemplis probat; non enim dici potest अग्नावायू, neque वाय्वग्नी. VI, 3, 27. ईदग्नेः सोमवरुणयोः ॥ Vocabulum अग्निः si nomina सोमः et वरुणः in composito copulativo praecedit, longam *i* in fine assumit; e. g. अग्नीषोमौ । अग्नीवरुणौ, non अग्नासोमौ etc. VI, 3, 28. इद्वृद्धौ ॥ Si vero in composito copulativo e voce अग्निः et alio deorum nomine constante utrumque membrum vriddhi augetur, *i* brevis manet. Comm. अग्नीवरुणौ देवतेऽस्याः । आग्निवारुणीं । अग्नामरुतौ देवतेऽस्य । आग्निमारुतं कर्म । Excipitur solum nomen विष्णुः; e. g. आग्नावैष्णवं चरुं निर्वपेत् । VI, 3, 29 दिवो द्यावा ॥ Vox दिव् si in composito cop. e nom. deorum prius membrum est, mutatur in द्यावा; e. g. द्यावाभूमी, द्यावाक्षमे. VI, 3, 30. दिवसश्च पृथिव्यां ॥ — Comm. पृथिवी । इत्येतस्मिन्नुत्तरे पदे परे दिव् इत्येतस्य दिवस्द्यावा इत्येतावादेशौ स्यातां ॥ द्यौश्च पृथिवी च । दिवस्पृथिव्यौ । द्यावापृथिव्यौ । सकारेऽकारो हल्वादिवारणार्थः ॥ In aphorismo च, ut Bhattoji-Dix. annotat, id significare vult, et priorem formam द्यावा et दिवस् aute पृ usurpari posse, quod etiam commentator expressit. अ post दिवस् ideo tantum interpositum, ne स् e communibus euphoniae regulis mutaretur. Vides autem hinc, in quo erraverint Wilkinsius et Careyus; quod enim protulerunt compositum दिवृपृथिव्यौ ab ipsis procusum est, neque ulla auctoritate firmatum. Animadverte autem in utroque Chhandogyae loco, ut etiam in sententiis nonnullis e Vedis, quas citat Bhattoji-Dix. (Siddh. Caum.

p. 481, l. 5. द्यावापृथिवी जनयन्। p. 432, l. 14. अहं द्यावापृथिवी आततान। et p. 113, l. 2. द्यावा चिदस्मै पृथिवी।, ubi verba anomalia quadam direpta sunt), dualem irregularem inveniri, ortum fortasse e similitudine compositi द्यावाभूमी, seu, quod magis verisimile est, ex apocope, qualem supra iam vidimus; ut enim ex मत्या मती fit, sic e पृथिव्यौ पृथिवी. Confirmat hanc coniecturam Pan. VI, 1, 106. वा छन्दसि॥ Comm. दीर्घाज्जसि इति च परे छन्दसि प्रथमयोः पूर्वसवर्णदीर्घो वा स्यात्। मारुतीश्चतस्रः। मारुत्यश्चतस्रः। वाराही उपानहौ॥ वाराह्यौ उपानहौ॥ प्रथमयोः h. e. in nominativo et accusativo, ut antea explicaverat scholiastes. दीर्घाज्जसि sunt verba antecedentis aphorismi, qui dat communem de his nominativis et accusativis regulam. — VI, 3, 31. उषासोषसः॥ h. e. ex उषः fit उषासा e g. उषासासूर्ये; cf. Latinum *aurora.* VI, 3, 32. मातरपितरावुदीचां॥ Comm. उदीचामाचार्याणां मतेन। Memorabilis est haec magistrorum in India boreali mentio, quae simul Paninem in parte meridiana vixisse probat. VI, 3, 33. पितरामातरा च छन्दसि॥ Exemplum e Vedis hoc profertur: आ मा पितरामातरा च (cf. supra यन्तारा), in quo loco च ad verbum pertinere videtur; च in aphorismo significat, etiam dici posse in Vedis मातरापितरा, ut quidem interpretatur Bhattoji-Dix. Siddh. Caum. p. 441, l. 8. — Praeterea etiam tertio loco Paninis de hoc compositorum genere loquitur (III, 2, 181; 182.), sed ea tantum ratione, ut de accentu eorum, qualis in Vedis usitatus est, praecipiat, quod hic exponere non possum. Videamus autem, quid tota hac disputatione effectum sit. Primo

id constat, irregularem illam longae *a* interpositionem non ad Vedas solum pertinere, neque in invocatione tantum locum habere, sed posse eam ubivis usurpari; restringitur tamen ea licentia hac lege, ut inveniatur nonnisi in illis dvandvis, quae e nominibus deorum perpetua et sacrata in Vedis societate coniunctorum formata sint; aliae exceptiones supra singulatim expositae. Errarunt nostri grammatici etiam in eo, quod ultimam vocalem vocis prioris produci dicant, cum potius आ inseratur. Idem valet de irregulari illo द्यावा et दिवस्, quae non in antiquissima tantum lingua reperiuntur; ea peculiaris Vedarum licentia est, ut द्यावा a पृथिवी nonnunquam separetur, totumque compositum irregularem terminationem adsciscat. Locutionem द्यावापृथिव्यौ nondum in seriore scriptore inveni; inserti autem illius आ luculentum exemplum praebet Vicramorvasi IV, p. 87, l. 9. सूर्याचन्द्रमसौ यस्य मातामहपितामहौ । Man. XI, 254. सोमारौद्रं. Facile autem intelligi potest ea, quam nos ex Indorum grammaticis proposuimus, ratione omnes has anomalias ad unam reduci caussam, insertam nempe आ, quae in reliquis nominibus praecedentis vocalis abiectionem, in द्यो et उषः vriddhim, in मातृ etc. gunam requirit. — Recensui rariores declinationis et conjugationis formas atque voces radicesque minus tritas et adieci de compositis copulativis πάρεργον, ad quod ansam dedit Chhandogya. Restat, ut de particulis quibusdam disputem, quae in Upanishadibus saepissime oc-

currunt; ac primo quidem de particula ह, quae in libris illis partim expletivis वै et स्म praemittitur, partim post इति seu post substantiva ponitur; sed plane abhorret a seriore dicendi genere, quod innumeris locis cum pronomine tertiae personae in omnibus casibus et numeris coniungitur (स ह, तं ह, तेन ह etc.), cuius rei exempla hic adducere nolo, quod scatent eis Cathaca et Chhandogya, inveniesque permulta in colis, quae passim inserui. Sic etiam Rigv. Spec. p. 8. या ह. Certam quandam regulam nondum enucleare potui; id tantum observavi, praecipue iis locis addi syllabam illam, ubi narratur aliquid, atque vim demonstrativam ea augeri. Comparari autem potest Latino *ce* seu *c* in: *hic*, *haec*, *hoc* (hice, haece, hoce), *tunc*, *nunc*, quae e pronomine et particula composita esse, monstrant casus obliqui: *huiusce* etc. Nam ह et *c* sibi respondent; sic हृद् et *cordis*; cf. Boppium in sagaci dissertatione quinta de comparatione linguae Sanscritae cum affinibus, quam tum demum legere mihi contigit, quum haec scripseram. Ingeniosissime de hoc additicio *ce* disputavit Grimmius Gramm. III, p. 23, quem potissimum ducem secutus meam de hac re opinionem breviter exponam. Lingua Gothica praebet suffixum *uh*, quod cum verbis coniunctum habet tum significationem Latini *que*, tum singularem quandam restrictivam, atque etiam cum particulis componitur; sic Gothicum *thanuh* respondet Latino *tunc*; postponitur pronominibus *sums*, *an-*

thar et simplici demonstrativo *sa*, *so*, *thata*, quorum vim auget, praecipue ultimi; additum denique interrogativo *hvas* et *hvarjis* plane eandem sensus mutationem efficit, quam Latinum *que* in *quisque*. Id igitur certum est, unam illam Gothicam particulam *uh* in lingua Latina duplicem formam assumere: *ce* et *que*, variosque ea exprimi cogitationis quasi colores. Lingua Sanscrita eadem prorsus ratione duplice utitur formatione: ह particula restrictiva, quae in antiquis libris cum pronomine tertiae personae coniungitur, et च particula copulativa, quae olim etiam pronomen interrogativum comitabatur (यत् किंच Cath. p. 11, l. 17. Isav. p. 1, l. 3. Chhandogy. IV, 1. Chh. VI, 7. ये के च ib. l. 8. Balabodh. v. 28. Lassen de Pentap. Ind. p. 87. forma aucta est कश्चन; in latino *quicunque* mihi haec relativi cum interrogativo unio servata esse videtur). Ne quis autem hanc coniecturam audaciorem esse putet, id moneo, totam palatalium classem etiamsi in lingua Sanscrita antiquissimam, non primitivam esse, quod monstrant linguae cognatae et nonnullae vocabulorum reliquiae, quas alibi tetigimus. Vetustissima igitur forma erat क, quae deinde in च transiit; iam vides similitudinem Latini *que* et *ce*; ह vero cum च cohaerere e Gothico *uh* satis apparet. Sequitur lingua Graeca, quae iterum duas procudit formas: τὲ (in dialectis κά) copulativum, quod postponitur et ab Homero cum relativo coniungitur, et γὲ sensu restrictivo, quod etiam saepissime pronomina

sequitur; comparandum est enim ह cum γὲ (cf. ग्रहं et ἐγώ, लिह् *lingo, ligurio*); κὰ (τὲ) autem in γὲ molliri, non sine exemplo est. Haec hactenus; nam totam quaestionem praecipue illam, num καὶ et τέ, *et*, *que* et *ac* eiusdem stirpis sint, absolvere, non huius loci est; satis duco, ex usu antiquae linguae Sanscritae ad illustrandas affines dialectos me aliquid attulisse. Distinguendum vero est inter particulam ह et affixum ह, quo formantur adverbia nonnulla, ut सह et इह; pristina enim vocis सह forma erat सध, ut docet Paninis VI, 3, 96. सधमादस्थयोश्छन्दसि ॥ Comm सह । इत्येतस्य माद स्थ इत्येतयोः परयोर्वेदे सध इत्ययमादेशः स्यात् । सधमादो द्युम्निनीः । एतं सधस्थं ॥ cf. Siddh. Caum. p. 441, l. 11. Rosen. Rigv. Spec. p. 23.; ध autem illud Graeco θε in πάροιθε etc. aequiparandum est, etiamsi hoc sensu paullulum differat. Tertiam eiusdem generis formam in ह praebet Paninis e Vedis VII, 2, 105. क्वाह च छन्दसि ॥ कुहस्थः । कुह जग्मथुः ॥; est graecum πόθεν. Fortasse etiam huc vocandum est अध Rigv. Spec. p. 10, licet de eius significatione dubitem. Transeamus ad aliam particulam in his libris usitatissimam, de qua quae certe dici possunt, praeoccupavit Lassenius in docto commentario suo ad Hitopadesam p. 6. sq. Locis ab eo citatis addo hosce: Is. p. 1, l. 12. तदु सर्वस्य, p. 2, l. 3. य उ संभूत्यां रताः; Cath. p. 2, l. 8. तदु मे निबोध; p. 9, l. 17. स एवाद्य स उ श्वः (sensu: *etiam*); p. 10, l. 17.; p. 11, l. 10. कथं नु तद्विजानीयां किमु भाति विभाति वा । (hic revera विकल्पे dictum est et, quod negat Lassenius, in priore positionis

parte); ib. l. 17. Canesh. p. 1, l. 8. क उ देवो युनक्ति (locus praecipue memorabilis; ut enim उ cum किं coniungitur, sic etiam cum caeteris interrogativi casibus). Chhandogy. IV, 1. तद्ध ह जानश्रुतिः पौत्रायण उपशुश्राव । plane eodem modo VII, 9. यद्ध ह; ib. VII, 4. तासु नाम्नीरयति । ib. VIII, 7. एष उ एवैषु सर्वेषुन्तेषु परिख्यायत इति होवाच । In omnibus autem fere exemplis coniunctum est उ cum pronominibus; in Vedis saepissime etiam cum aliis vocabulis sociatur, ita ut Upanishadum scriptores priscam illam licentiam paullulum moderasse putandi sint. Rectissimum vero est, quod monuit Lassenius, disiunctivum वा, Latinum *ve* et *vel* cum ea particula comparanda esse; namque eadem prorsus ratione *vel* apud Latinos *etiam* significare potest. Derivatum उत cum Latino *aut* cohaeret; alia forma est वत, quae etiam sola occurrit. Chhandogy. VIII, 8. असुरो वत । Cath. p. 5, l. 7. सत्यधृतिर्वतासि । Habet particula उ id sibi iuris, ut exemta sit ab euphoniae regulis; eam, ni fallor, ob caussam, quod, si mutaretur, plane evanesceret. Hinc etiam factum est, ut particulae cum ea compositae: नो, अथो eandem licentiam admittant; de नो cf. Lassen ad Hitop. p. 57. Chhand. VIII, 11. नो एवेमानि भूतानि । Canesh. p. 1, l. 12. अथो अविदितादधि । ubi a Sancara p. 14, l. 14. per अपि explicatur. Habet hanc regulam Wilkinsius p. 22., omisit Boppius. Tertio loco pono expletivum स्वित्, notissimum in coniunctione आहोस्वित् (centies occurrit apud Sancaram; cf. etiam Sacunt. p. 96, l. 3.), at minus vulgari usu prono-

mini relativo additum: Cath. p. 1, l. 10. किंस्वित्; Isav. p. 1, l. 4. कस्यस्वित् (explicatur a Sanc. p. 4, l. 18. per कस्यचित्). Sacunt. p. 61, l. 14. किंस्वित्, ubi Schol. annotat: प्रश्नवितर्कयोः Sequatur deinceps singularis plane particula आ, quam uno tantum loco inveni. Cen. p. 3, l. 18. तस्यैष आदेशो यदेतद्विद्युतो व्यद्युतदा इतीति न्यमीमिषदा । Sancara p. 33, l. 2. आ इत्युपमार्थे. Est, ni fallor, praepositio आ, sed adverbiali sensu usurpata, quae quomodo hanc significationem adipisci potuerit, satis perspicuum est; nam ut आपाण्डु notat *prope* fulvum, sic de eo, quod quasi fulgurat, prope fulgurare dici potest. आ cum accusativo in Chhandogya repperi; in capite septimo enim saepius repetitur locutio आकीटपतंगपिपीलकं h. e. usque ad vermes, locustas et formicas. De praepositionibus vero in universum id monendum est, eas in Upanishadibus nonnunquam a verbo suo separari, quod in antiquis hymnis plane vulgare est; cf. Rosen. Rigvedae Spec. p. 6. et Boppium Add. Gramm. p. 320., qui hunc usum e dialecto Zendica docte illustrat. Exempla haec sufficiant: Cath. p. 2, l. 8 प्र ते ब्रवीमि । p. 3, l. 7. अति मा सृजैनं । p. 4, l. 11. अभि प्रेयसो वृणीते । p. 12, l. 3. परीव ददृशे । Chhandogy. V, 1. प्रति ह तिष्ठति । ib. सं हास्मै कामाः संपद्यन्ते । ubi पद्यन्ते legendum esse videtur; V, 3. अनु त्वाशिषत् । VI, 2. तदध्यापो जायन्ते । Attamen in Upanishadibus partim haec tmesis rarior est, partim non tam violenta; lingua igitur iam ab antiqua illa libertate nonnihil recesserat. Etiam cum casibus construuntur praepositiones अति (c.

acc.) et अधि (c. abl.), sed postpositae. Cath. p. 1, l. 20. मामि; Cen. p. 1. l. 13. अविदितादधि । Cath. p. 12, l. 7. सत्त्वादधि महानात्मा । अन्यत्र cum abl. occurrit Cath. p 5, l. 18., Chhandogy. VI, 8., quod affero, non quo sit antiquitatis testimonium, sed exemplum usus rarioris. Rarissimum est अतितरां cum accusativo. Cen. p. 3, l. 17. इन्द्रोऽतितरामिवान्यान् देवान् ।

Sed nimis diu in afferendis argumentis commoratus sum, quibus indigent solum ii, qui, nescio quam ob caussam, omnem Indorum sapientiam sero ortam esse opinantur eiusque semina a Graecis mutuata esse haud obscure significant. Quid vero, si ex ipso Manus codice, cuius auctoritate iam supra usus sum, loci proferri possunt, in quibus de Vedanta sermo est? Nomen Vedantae occurrit Man. VI, 83. et 94., ultimo loco institutionis scholasticae vestigium deprehendimus; rem significatam videmus Man. XII, 85., ubi Culluca vocem आत्मज्ञानं per उपनिषदुक्तपरमार्थज्ञानं explicat. Methodi logicae descriptionem praebet idem Manus ib. 105., ubi triplicis demonstrandi rationis mentio iniicitur, qualis a Gotama ceterisque philosophis definita est. Coniuncta erat enim logica cum philosophia Vedantica, quae eius formulis semper utitur; atque hinc explicari potest, cur nusquam Nyaya a Vedanticis impugnetur, qui cetera systemata saepissime refutare studeant. Nyayam quippe verae cognitionis quasi propaedeuticam quandam partem esse putabant, at plane separatam a doctrina atomistica, quae posteriore,

ut videtur, tempore, arcte cum logica cohaerere solebat et plus quam uno nomine incurrit in orthodoxorum reprehensionem. Illud vero logicae cum Vedanta consortium duobus verbis expressit Manus VII, 43., ubi आत्मविद्या h. e. animi cognitio, qualem Vedantae praebet, आन्वीक्षिकी logica appellatur.

Haud minus necessarie prima Mimansa, seu theologia exegetica cum secunda, seu theologia speculativa et mystica coniuncta erat. Mimansae prioris vestigia saepius apud Manum occurrunt; sic IX, 32. proponitur quaestio plane e genere earum, quae illic tractantur. Utrum Manus Sankhyam respexerit nec ne, res est dubiosa neque hoc loco nec a me solvenda, quum Lassenius (Gymnosoph. I, p. XII.) se de ea agere velle promiserit: et quis melius promisso stare potest? Heterodoxorum sectae saepius in universum tanguntur, sed quaenam intelligendae sint, vix definire ausim; cf. Man. II, 11.; IV, 163.; XII, 96. Nominatur praeterea Vedanta in Bhagavadgita XV, 15., ubi ipsum summum numen se Vedantae auctorem esse praedicat; occurrit etiam nomen disciplinae in fine Mundacae p. 8, l. 2. वेदान्तविज्ञानसुनिश्चितार्थाः („qui bene definitas habent opiniones per Vedantae cognitionem"). Vides ex his, non solum doctrinam Vedanticam antiquam esse, sed omne philosophandi studium apud Indos iam mature floruisse; hinc magna illa Indicae sapientiae apud veteres fama, hinc variae de Gymnosophistis nar-

rationes inde ab Alexandro per Graeciam divulgatae, hinc adeo apud Strabonem, a Lassenio nostro (Mus. Rhen. I, 2, p. 183.) egregie illustratum, variarum scholarum mentio. Credant igitur, qui ipsorum Indorum auctoritatem respuunt, credant Graecis, testibus oculatis, qui magnam invenere inter suos physiologos et Brahmanarum sapientes similitudinem.

Ipsa deinde lingua Sanscrita, magis etiam quam Graeca, ceterarum omnium φιλοσοφικωτάτη, habet indolem et conformationem philosophicam magnaque facilitate et brevitate notiones metaphysicas exprimere potest, ita ut populum, qui ea utebatur, natura sua ad altiores has quaestiones pronum fuisse appareat. Hoc autem philosophicae dictionis semen, quod iam in antiquissimis linguae monumentis detegimus, scholarum diligentia et acumine nutritum posteriore tempore tam late sese propagavit, ut adeo in quotidianis sermonibus philosophorum termini usurparentur, cuius rei multa exempla sunt; sic locutio, quam supra (p. 30.) illustravi: परमार्थः et पारमार्थिकः; लब्धगुप्तः, quod in loco e Mrichchhac. citato occurrit; साधर्म्य Vicramorv. p. 90, l. 7. et alia eiusdem generis. Inveniuntur praeterea multa vocabula in lingua Sanscrita, quae etymo suo notiones monstrant vere philosophicas et mysticas: ea autem perantiqua sunt, ergo etiam dogmata, quorum quasi signa et imagines videntur. — His argumentis a nobis demonstratum est, iam veterrimos Brahmanas

philosophatos esse atque priscae illius sapientiae documenta Upanishades exstare, simplici et antiquo sermone insignes. Redeunt igitur doctrinae Vedanticae initia longe ante Alexandrum magnum; eius incrementa et vicissitudines tenebris obvolutae sunt. Raro tunc scribebant, aut pauca saltem aetatem tulerunt; doctrina filio a patre, discipulis a magistro tradita, ut de primis sapientibus in Upanishadibus narratur. Orta deinceps systematica dogmatum expositio, librorum sacrorum docta interpretatio, certamen contra reliquas scholas, habemusque e variis post Christum natum saeculis haud spernenda de philosophiae Vedanticae studio testimonia. Sic in Mrichchhacatico haec in prece praemissa leguntur: अन्तःप्राणावरोधव्युपरतसकलज्ञानरुद्धेन्द्रियस्य । आत्मन्यात्मानमेव व्यपगतकरणं पश्यतस्तत्त्वदृष्ट्या । शम्भोर्वः पातु शून्येक्षणघटितलयब्रह्मलग्नः समाधिः । „Tueatur vos Sivae, cuius sensus interna spiritus coercitione ab omni cognitione cessant et domiti sunt, qui oculo veritatis animum (se ipsum) in animo ab omnibus instrumentis liberum contemplatur, eius Sivae meditatio fixa in Brahmane, quae inani oculo dissolutionem quaerit.“ Concinunt haec cum Vedanticorum de meditatione placitis; sed quadrant etiam in Patanjalis philosophiam contemplativam, quae, ut docet primus Yogasastri aphorismus (अथ योगानुशासनं । योगश्चित्तवृत्तिनिरोधः), est coercitio omnis intellectus actionis. De voce समाधिः iam supra monui. Éo clarius vero de Vedanta loquitur Calidasa Vicramorv. p. 1, l. 1. वेदान्तेषु यमाहुरेकपुरुषं व्याप्य स्थितं

रोदसी । यस्मिन्नीश्वर इत्यनन्यविषयः शब्दो यथार्थाक्षरः । अन्तर्यश्च मुमुक्षुभिर्नियमितप्राणादिभिर्मृग्यते । „quem in doctrina Vedantica unum virum appellant, coelum et terram penetrantem, in quem solum vox: Dominus, quae aliud obiectum habere non potest, significatione sua quadrat, quique a liberationis cupidis, spiritus coercitione aliisque virtutibus praeditis interne investigatur." Calidasam sequatur Bhavabhutis, Sancarae aequalis, qui in Malati-Madhavo (p. 4, l. 3. ed. Lassen.) haec profert: यद्वेदाध्ययनं तथोपनिषदां सांख्यस्य योगस्य च । ज्ञानं तत्कथनेन किं etc. „Quae est sacrorum librorum lectio, Upanishadum, Sankhyae et Yogae cognitio, eius enarratione qui usus esse potest etc." Philosophus Vedanticus ridetur in Dhurtasamagamo, fabula iocularia post Bhavabhutem scripta, cuius apographum est penes Lassenium. Sic enim illic Visvanagara trifurcifer: हृदयकमलमध्ये निर्गुणो निष्प्रपञ्चस् । त्रिभुवनपतिरेको ध्यायते योगिभिर्यः । तमहमजरमाद्यं ज्ञानमात्रैकवेद्यं । मधुमथनमुदारं संततं चिन्तयामि । „quem trium mundorum unum dominum, in medio nymphaeae cordis, sine qualitatibus et sine evolutione, viri sancti contemplantur, eum ego non senescentem, primitivum, sola cognitione scibilem Vishnum perpetuo cogito."

Id igitur certissimum est, scholam Vedanticam post Chr. n. eximie prosperam fuisse, quod etiam magnus librorum numerus nobis ostendere potest, qui eo tempore de doctrina illa edebantur. At Upanishades longe ante Chr. n. scriptae sunt; quaeritur itaque quae fuerit scholae condi-

tio inter primordia illa et posteriorum temporum fecunditatem. In hac vero re investiganda deserunt nos fere omnia testimonia historica; nam quae Indi narrant de Vyasa Vedarum, Upanishadum, poematum epicorum scriptore, qui etiam doctrinae Vedanticae summam exhibuerit in Sariraca-Sutris, nemini persuadebunt neque ipsi, ut opinor, serio crediderunt. Nulla profecto demonstratione eget, non eundem hominem Upanishades et aphorismos illos scripsisse; namque, ut taceam sexcenta alia argumenta, id per se manifestum est, Sutrorum scriptorem, si etiam Upanishades concinnasset, nullo modo de earum explicatione et sensu dubitare potuisse; videmus autem in quavis fere pagina eum in interpretandis Upanishadibus multum sudare; ergo earum auctor ipse esse non potest. Mittamus igitur Vyasae nomen, etiamsi clarum apud Indos (occurrit iam in Bhag. X, 13, 37.), quod tamen in Sutrorum scriptorem minime quadrat. Non minus incertum est, Badarayanam philosophum nostrum appellatum fuisse; nam Badarayana, illustris, ut videtur, scholae Vedanticae doctor, in ipsis Sutris atque adeo in aphorismis prioris Mimansae, qui illis antiquiores sunt, commemoratur. Tertium nomen, quo nuncupatur, est Dvaipayana, ut docet Colebrookius (Transact. II, p. 3.). Attamen hac de re me dubitare fateor. Putabant nempe Indi, vixisse olim Brahmanam sanctissimum Apantaratamasem, qui Dei iussu ante

initium huius Yugae iterum corpus intrarit et Vyasa seu Crishna-Dvaipayana nominatus Vedas collegerit. Tangit hanc narrationem Sancara ad Br. S. III, 3, 32. तथा ह्यपान्तरतमा नाम वेदाचार्यः पुराणर्षि-र्विष्णुनियोगात् कलिद्वापरयोः सन्धौ कृष्णद्वैपायनः संबभूवेति स्मरन्ति । „Sic enim Apantaratamas nomine Vedarum magister, vetus sapiens, Vishnus iussu, ut narrant, intra Caliyugam et Dvaparayugam in Crishna-Dvaipayanam transiit“ Sed hinc non sequitur Crishna-Dvaipayanam a Sancara Sutrorum scriptorem putari, immo si tale quid nosset Sancara, sine dubio expresse dixisset. Quare id teneamus, nos de nomine philosophi nihil certi enucleare posse atque Vyasam esse potius epitheton ornans cuique tributum, qui in Vedis seu explicandis seu redigendis elaboraverit. Iam oritur alia quaestio, quo tempore hi aphorismi scripti sint, non minori dubitationi obnoxia. Quodsi spectamus ipsius libri indolem et formam, id facile animadvertimus, tam systematicam et diligentem doctrinae expositionem non potuisse confici nisi post editos multos de eadem re libros, quorum tamen notitiam amisimus. Firmatur haec coniectura partim eo, quod revera alii philosophi Vedantici in aphorismis citantur, partim quod etiam ceterarum scholarum libri respiciuntur. Sic Bhagavadgita commemoratur Br. S. II, 3, 45. Patanjalis Yogasastram II, 1, 3. etc. Manus legum codicem saepissime tangit philosophus, etiam Capilam et Canadam. Hinc admodum verisimile esse vide-

tur aphorismorum scriptorem ad seriora tempora pertinere, cuius rei vestigium in Sancaravijaya invenimus. Ibi enim Vyasae filius Suca appellatur, huius discipulus Gaudapada, huius discipulus Govindanatha, Sancarae magister (Colebr. As. Res. VIII, p. 467.); qua genealogia id significari puto, Vyasam h. e. Sutrorum scriptorem aliquot tantum generationibus Sancara priorem fuisse. Hunc autem Vyasam eundem esse opinor atque illum, qui Patanjalis aphorismos commentario illustravit, quod eo probabilius est, quum etiam Gaudapada Isvara-Crishnae Caricam commentatus sit. Ex nostra igitur sententia Sutrorum scriptor saltem duobus vel tribus saeculis ante Sancaram vixit, h. e. quinto vel quarto post Chr. n. ideoque noscere potuit omnia systemata, iam dudum ante id tempus exculta. Sed proferre posset aliquis contra me gravissimum testimonium Bhagavadgitae XIII, 4. ब्रह्मसूत्रपदैश्चैव हेतुमद्भिर्विनिश्चितैः । ubi Brahma-Sutra nominatim laudantur. Quid vero hoc loco probari potest? Bhagavadgitam in Sutris citari vidimus; ergo necessario Sutra post eam scripta sunt, quare versus ille aut interpolatus est, quod vix statuere ausim, aut alludit ad alios aphorismos his Sutris antiquiores, in quam sententiam illud facere videtur, quod in Bhagavadgita de Brahma-Sutris sermo est, hic autem liber proprie Sariraca-Sutra seu Sariraca-Mimansa nuncupatur (Colebrookius, nescio quam ob causam, ubique nomen Brahma-Sutra praetulit, quod in libro ipso, quantum scio,

non invenitur); exstitisse vero ante hos aphorismos alios eiusdem argumenti et per se veritatis speciem habet, neque sine exemplo est in reliquis philosophiae scholis. Fac Bhagavadgitam quinque vel quatuor saltem saeculis ante Sariraca-Sutra editam, h. e. paullo ante Christum n., in qua quum alii aphorismi iam laudentur, iique magna auctoritate praediti, dudum ante nostrae aerae initium librum de philosophia Vedantica scriptum fuisse sequitur. In Sariraca-Sutris Patanjalis quoque enchiridion tangitur, cum quo si coniungis, aphorismorum scriptorem ipsum commentarium de eo edidisse, etiam illum librum ad antiquiora tempora referre debemus, qui adeo Bhagavadgita prior esse videtur. Huc faciunt loci aliquot Bhag. III, 3. V, 4. (mythicus Sankhyae conditor occurrit Bhag. X, 26.); et si recte perpenderis Bhagavadgitae doctrinam, vix dubitare poteris, Sankhyam et qui arcte cum ea cohaeret, Yogam iam libris explicatos fuisse ante poema illud didacticum, quod primo obtutu simplex esse videtur et facile, sed revera intricatum est et difficillimum propter variorum dogmatum misturam. Patanjalis vero Yogasastram posterius est Tattvasamasa, seu brevi enarratione doctrinae Sankhyicae, si fides scholiastae ap. Colebrookium Trans. I, p. 22. Tattvasamasam secuta sunt Panchasikhae Sutra, deinde demum Sankhya-pravachanam et alia eiusmodi opera. Tattvasamasae et Panchasikhae Sutrorum antiquitas etiam alia ratione demonstrari

potest. Scilicet Gaudapada, qui centum annis ante Sancaram vixit, scripsit commentarium ad Isvara-Crishnae Caricam (Trans I, p. 23. Lassen. Gymnosoph. praef. p. IV.), unde concludo, Caricam saltem ducentis annis ante Sancaram concinnatam fuisse. In Carica autem Isvara-Crishna se doctrinam a Capila oriundam, a Panchasikha diligenter tractatam, discipulorum serie propagatam tradere profitetur, quo inter se et Panchasikham longum temporis spatium defluxisse haud obscure significat. — Etiam Purva-Mimansae aphorismi Sariraca-Sutra longo intervallo praecessisse videntur; praecipuus enim eorum commentator erat Sabara-Svami-Bhatta, qui tamen ipse iam alium scholiastam sequebatur; Sabaram excepit Cumarila-Bhatta (cf. supra p 40.), qui Sancara antiquior fuit. —

Rediit disputatio nostra ad Sancarae tempus, unde exorsa; de iis philosophis disputare, qui post eum floruerunt, non huius loci est. Comprehendamus autem paucis ea, quae aut certis argumentis demonstravimus, aut probabili coniectura assecuti sumus. Prima philosophiae et theologiae Indicae vestigia redeunt ad summam antiquitatem, ipsaque lingua eius semina nobis ostendit. Upanishades, etiamsi tribus Vedis seriores, tamen Alexandro magno priores sunt, quod probat partim interna earum indoles, partim linguae vetustae reliquiae, quae in iis inveniuntur. Ex Upanishadibus autem fluxit doctrina Vedantica, quae iam apud Manum commemoratur; una cum

ea etiam cetera systemata floruisse videntur. Inter antiquissima scripta philosophica, quae dudum ante Chr. n. ponenda, numeravimus Brahma-Sutra; a Bhagavadgitae scriptore laudata, Tattvasamasam, Panchasikhae Sutra, Patanjalis Yogasastram. Haec secuti esse videntur Bhagavadgitae vates, prioris Mimansae scriptor, Isvara-Crishna, alii, ante Chr. n.; post Chr. n. Sariraca-Sutra confecta esse suspicati sumus, quae saeculo septimo interpretem nacta sunt doctissimum Sancaracharyam.

In philosophia autem Vedantica tres distinguo periodos; primam, qua Upanishades scriptae, mysticam appellare licet, quia tum Vedanticorum animus praecipue contemplationi et internae visioni vacabat; secunda est philosophica et exegetica, in qua id potissimum curabant magistri, ut quae ab antiquis sapientibus tradita sint, explicarent et ordine enarrarent; cuius studii exempla nobis sunt aphorismorum scriptor et Sancara; tertiam rationalem (eo sensu, quo vox nunc usurpatur) nomino, quae ad nostra usque tempora durat; namque Ram-Mohun-Rayam Vedanticum esse constat. — Haec sunt, quae de philosophiae Vedanticae origine et progressu invenire potui; adde, corrige, benevole lector, sed validis argumentis; sic me semper assentientem habebis.

CAPUT III.

DOCTRINAE VEDANTICAE BREVIS EXPOSITIO.

In doctrina Vedantica exponenda facilius est, mehercle, prolixum esse, quam brevem et succinctum; nam si sequaris Vedanticorum ipsorum disputandi rationem, facile incurres in loquacitatis reprehensionem; vix enim est hominum genus in placitis suis enarrandis tam disertum, in iisdem semper argumentationibus repetendis tam indefatigabile. Brevissime autem nos hoc relatoris officio defungi et huius libelli arctissimi fines suadent et perspicuitatis studium. Per se enim haec doctrina obscura est, cum potius contemplatione, quam philosophica disquisitione nitatur; pendet tamen ex paucis dogmatis, quae si recte intelligantur, cetera omnia nulla explicatione indigent. Quare totam disputationem in tres locos divisi: primo agitur de Vedantae definitione et scopo; de verae cognitionis subsidiis, natura et efficacia; deinde de Deo eiusque ad mundum ratione; tertio de humani animi cum Deo unitate atque de varia eius, dum corpore indutus

est, conditione. Ea autem ratione haec describere studui, ut ipsa Upanishadum seu Sancarae aliorumque verba proponerem, quam paucissimis tantum de meo intermixtis; namque id potissimum agebam, ut iis, qui Indorum philosophiam ex ipsorum scriptis cognoscere vellent, brevem exhiberem quasi chrestomathiam, in qua loci difficiliores explicentur.

A.

Concisam Vedantae definitionem nobis tradit Sadananda Vedantas. p. 1, l. 7. वेदान्तो नाम उपनिषत्प्रमाणं तदुपकारीणि शारीरकसूत्रादीनि च । „Vedanta appellatur auctoritas (doctrina) Upanishadum eiusque subsidia, Sariraca-Sutra aliaque scripta.“ Copiose haec a Rama-Crishna in scholiis p. 7. illustrantur, qui incipit ab explicatione vocis Upanishad, quam ipse hausit, ut videtur, e Sancara. Hic enim sic disputat in praef. ad Cath. p. 14, l. 3.: सदेर्धातोर्विशरणागत्यवसादनार्थस्य उपनिपूर्वस्य क्विप्प्रत्ययान्तस्य रूपमुपनिषदिति । उपनिषच्छब्देन च व्याचिख्यासितग्रन्थप्रतिपाद्यवेद्यवस्तुविषया विद्योच्यते । केन पुनरर्थयोगेन उपनिषच्छब्देन विद्योच्यते इति । ये मुमुक्षवो दृष्टानुश्राविकविषयवितृष्णाः सन्त उपनिषच्छब्दवाच्यां वक्ष्यमानलक्षणां विद्यामुपसद्योपगम्य तन्निष्ठतया निश्चयेन शीलयन्ति तेषामविद्यादेः संसारबीजस्य विशरणाद्धिंसनाद्विनाशनादित्यनेनार्थयोगेन विद्योपनिषदित्युच्यते । तथा च वक्ष्यति । निचाय तं मृत्युमुखात् प्रमुच्यत इति । पूर्वोक्तविशेषणान्मुमुक्षून् वा परं ब्रह्म गमयतीति ब्रह्मगमयितृत्वेन योगाद्ब्रह्मविद्योपनिषत् । तथा च वक्ष्यति। ब्रह्मप्राप्तो विजरोऽभूद्विमृत्युरिति । etc. „Ex radice *sad*, quae notio-

nem destruendi, eundi, finiendi habet, quamque praecedunt praepositiones *upa* et *ni* affixo *kvip* terminatam (h. e. nudam, sine ullo alio affixo), fit forma: *Upanishad*. Voce *Upanishad* autem appellatur scientia, quae pro obiecto suo habet ens sciendum et explicandum hoc libro (sc. Cathaca), quem interpretaturi sumus. Qua autem significationis ratione voce *Upanishad* scientia appellari potest? Respondemus: qui liberationis cupidi, abiecto rerum visibilium et piorum operum (cf. Lassen Gymnos. p. 19.) desiderio, scientiam voce Upanishad nuncupatam, cuius definitionem mox dabimus, adepti sunt et constanti certaque persuasione eam tenent, eorum ignorantia aliaque vitia, quae aeterni gyri semen sunt, removentur, interciduntur, destruuntur; eamque ob significationem (radicis *sad*) scientia *Upanishad* appellatur. Ita in Cathaca dictum inveniemus: illum (Deum) intelligens ex ore mortis liberatur. Possis etiam sic explicare: Brahmanis scientia ea significatione *Upanishad* audit, quia liberationis cupidos, iisdem, quas supra posuimus, virtutibus praeditos ad Brahma accedere facit. Dicetur enim: qui Brahma adeptus est, fit sine senectute et morte," Idem schol. ad Mund. p. 2, l. 7. य इमां ब्रह्मविद्यामुपयन्त्यात्मभावेन गुरौ च श्रद्धाभक्तिपुरःसराः सन्तस्तेषां गर्भजन्मजरारोगाद्यनर्थपूगं नितरां शातयति परं वा ब्रह्म गमयत्यविद्यां संसारकारणं वात्यन्तमवसादयति विनाशयतीत्युपनिषत् । „quia iis, qui ad hanc Brahmanis scientiam et sua natura perveniunt et antea magistro firmiter credentes, omnem incom-

modorum multitudinem, concipi, nasci, senescere, morbis affici, reliqua semper tollit, seu ad summum Brahma eos perducit, seu ignorantiam, caussam aeterni gyri plane removet et destruit, ideo *Upanishad* vocatur." Repetit eadem Sancara praef. ad Vrihadarany. (Othm. Frank Chrestom. I, p. 151., cuius versionem, nisi Sanscrita verba addita essent, profecto non intelligerem). Cf. etiam Colebr. As. Res. VIII, p. 454. sq. Utrum autem verae sint hae magistrorum Indicorum explicationes nec ne, non meum est decernere; satis est nobis, ab iis discere, quam indolem libros illos sacros habere opinentur. Upanishades igitur id praecipue efficiunt, ut doctrina sua animum abstrahant a rebus terrenis, convertant ad summum numen, impleant vera cognitione et liberent a metempsychosi; earum placita, in unum corpus redacta, Vedanta appellantur. Quare philosophia Vedantica summo iure desiderium Brahmanis cognoscendi nominari potest, ut vocatur in primo Sariraca-Sutrorum: अथातो ब्रह्मजिज्ञासा इति । „Deinde propterea desiderium Brahmanis cognoscendi." Ad quae illustranda sic fere disputat Sancara (p. 2. sqq; ipsius verba adducere longum est): vox अथ (deinde) habet significationem sine intervallo sequendi; iam quaeritur, quid sit, post quod desiderium Brahmanis cognoscendi sine intervallo sequatur. Anne iustitiae cognitio? Minime vero. Namque etiam ante iustitiae cognitionem aliquis desiderium habere potest Brahmanis cognoscendi; neque una cognitio

alteri subdita est, immo differunt fine et obiecto suo; fine, quia Brahmanis cognoscendi studium ad perfectam beatitudinem perducit, iustitiae cognitio vero tantum ad felicitatem transitoriam; obiecto, quia haec cognitio spectat ad iustitiam futuram et ab operibus humanis dependentem, illa vero ad Brahma, quod iam est neque humano opere producitur. Sic Brahmanis cognoscendi studium illam sequi non potest. Praecedere illud debet potius animi nostri a visibilibus abstractio et perfecta quies (cf. quae infra e Sancara proferam). Itaque hoc sensu vox *deinde* posita est. Vox *propterea* caussam huius studii continet. Quum enim e sacris libris sciamus, omnem piorum operum efficaciam et mercedem non perennem esse, perennem vero rectae cognitionis fructum, *propterea* vera illa cognitio appetenda est; namque finis hominis est, ut ad Brahma perveniat (ब्रह्मावगतिर्हि पुरुषार्थः); Brahma igitur cognoscendum est (तस्माद्ब्रह्म जिज्ञासितव्यं. Itaque obiectum huius doctrinae est Brahma; quaeritur vero, utrum hoc obiectum notum sit, an ignotum; quodsi notum esset, nullus cognoscendi studio locus; si ignotum, cognosci non potest. Iam sequatur locus gravissimus (p. 4, l. 11.): अस्ति तावन्नित्यशुद्धबुद्धमुक्तस्वभावं सर्वज्ञं सर्वशक्तिसमन्वितं ब्रह्म । ब्रह्मशब्दस्य हि व्युत्पाद्यमानस्य नित्यशुद्धत्वादयोऽर्थाः प्रतीयन्ते वृहतेर्धातोरर्थानुगमात् । सर्वस्यात्मत्वाच्च ब्रह्मास्तित्वप्रसिद्धिः । सर्वो ह्यात्मास्तित्वं प्रत्येति न नाहमस्मीति । यदि हि नात्मास्तित्वप्रसिद्धिः स्यात् सर्वो लोको नाहमस्मीति प्रतीयात् । आत्मा च ब्रह्म । यदि लोके ब्रह्मात्मत्वेन प्रसिद्धमस्ति ततो ज्ञातमेवेत्यजिज्ञास्यत्वं पुनरापन्नं । न । तद्विशेषं प्रति विप्रतिपत्तेः ।

देहमात्रं चैतन्यविशिष्टमात्मेति प्राकृता जना लोकायतिकाश्च प्रतिपन्नाः । इन्द्रियाण्येव चेतनान्यात्मेत्यपरे । मन इत्यन्ये । विज्ञानमात्रं क्षणिकमित्येके । शून्यमित्यपरे । अस्ति देहादिव्यतिरिक्तः संसारी कर्ता भोक्तेत्यपरे । भोक्तैव केवलं न कर्तेत्येके । अस्ति तद्व्यतिरिक्त ईश्वर सर्वज्ञः सर्वशक्तिरिति केचित् । आत्मा स भोक्तुरित्यपरे । एवं हि बहवो विप्रतिपन्ना युक्तिवाक्यतदाभाससमाश्रयाः सन्तः । तत्राविचार्य यत् किंचित् प्रतिपद्यमानो निःश्रेयसात् प्रतिहन्येतानर्थं चेयात् । तस्माद्ब्रह्मजिज्ञासोपन्यासमुखेन वेदान्तवाक्यमीमांसा तदविरोधितर्कोपकरणा निःश्रेयसप्रयोजना प्रस्तूयते ॥ „Est unum Brahma natura sua aeternum, purum, rationale, liberatum, omne sciens, omni potentia praeditum. Ipsa enim derivatione vocis *Brahma* significationes aeternitatis puritatis etc. percipiuntur, propter sensum radicis *vrih*. *Esse* autem Brahma omnibus notum et creditum est, quia omnes *ipsum* (animum, ein selbst) habent. Quisque enim sui ipsius existentiam percipit: *non ego non sum.* Quodsi enim non sui ipsius existentia crederetur, omnis mundus: *ego non sum* perciperet. *Ipsum* (animus) autem illud est Brahma; et si Brahma ab omnibus pro *ipso* habetur, cognitum est, ergoque non amplius cognoscendum. Minime: quia magna est de eius proprietatibus contentio. Solum corpus, vitae proprietate praeditum, *ipsum* esse, homines abiecti et Locayatici (cf. Colebr. Transact. I, p. 567. est secta atheistica) contendunt; alii sensus vitales, alii mentem (τὸ ψυχικόν); uni solam intelligentiam momentariam; alteri vacuum; alii a corpore diversum, aeterno gyro subiectum facientem (opera) et fruentem (mercede) *ipsum* esse opinantur; rursus alii fruentem tantum, non fa-

cientem; nonnulli ab eo diversum dominum omnia scientem et omnipotentem esse putant; alii denique eum fruentis *ipsum* perhibent. Sic multi plane diversa statuunt, suam quisque argumentationem et auctoritatem secutus. Qui autem sine disquisitione unam harum opinionum adoptat, beatitudine privatur et damnum incurrit. Quare Brahmanis cognoscendi studium, quod Vedantae placita perscrutatur, coniunctum cum ratiocinatione non contraria, beatitudinis finem habens in hoc prologo laudatur." Habuerunt, ut vides, Indi Encyclopaedistas et Atomisticos suos, qui quum Deum esse negarent, se ipsos, aut saltem corpus suum esse non negabant, ideoque mutato tantum nomine Deum, etsi crassissimum, profitebantur.

Veram autem supremi numinis cognitionem Vedantici discipulis suis promittunt et perfectam, quae ex ea redundat, beatitudinem. Omnes quippe Indicorum philosophorum sectae eum sibi finem esse autumant, ut hominem ad perpetuam a quovis terreno vinculo liberationem perducant, etiamsi de via, qua illuc veniendum sit, magnopere discrepent. Quum enim prioris Mimansae asseclae in sola sacrorum librorum lectione, in sacrificiis et caerimoniis, in piis operibus et religiosa legum observantia certissimam liberationis spem positam esse opinentur (Colebr. Transact. I, p. 439.), quinque reliquae scholae uno quasi ore cognitione tantum nos aeternam beatitudinem adipisci posse contendunt. Qualis vero esse debeat illa cognitio

ab unaquaque diversa ratione definitur; modo enim accurata logicarum categoriarum scientia ad acquirendam summam felicitatem sufficere dicitur (Nyaya - Sutra I, 1. p. 2. ed. Calc. प्रमाणप्रमेयसंशयप्रयोजन-दृष्टान्तसिद्धान्तावयवतर्कनिर्णयवादजल्पवितण्डाहेत्वाभासछलजातिनिग्रहस्थानानां तत्त्वज्ञानान्निःश्रेयसाधिगमः। ultimam vocem Schol. Cod. Paris. Beng. Nro. 158. per मोक्षप्राप्तिः explicat); modo visibilium mundi principiorum, naturae generatricis et animi intelligentis distinctio verae sapientiae nomine insignitur; vide Isvara-Crishnae Caric. v. 1. et 2., in quo loco explicando egregie versatus est Lassenius Gymnosoph. I, p. 17. sq.; attamen fateor constructionem primi versus, quam proposuit vir praestantissimus, mihi non satis simplicem videri; Colebrookius, ni fallor, locum sic intellexerat: दृष्टे (सति) सापार्था चेन्नैक° । h. e. si quis diceret (hoc sensu चेत् sequente न centies in Sariraca - Sutris usurpatur), hoc cognoscendi desiderium superfluum esse, quoniam remedium e rebus visibilibus peti possit, is errare putandus foret; nam certum et perfectum remedium illic inveniri non potest; in qua explicatione acquiescendum esse opinor. Cod. habet सात्पार्था; erat quum coniicerem साप्तार्था, lenissima mutatione, qua sensus optimus evaderet: si quis cognoscendi desiderium in rebus visibilibus finem suum attingere posse existimat, falsus est propter etc. Sed redeamus ad Vedanticos, qui duplicem scientiam statuunt, unam inferiorem sacrorum librorum earumque artium, quae cum iis coniunctae sunt, alteram puram supremi nu-

minis, qua humanus animus se divinae originis et substantiae esse intelligit. Mundac. p. 1, l. 10. द्वे विद्ये वेदितव्ये इति ह स्म तद् ब्रह्मविदो वदन्ति परा चैवापरा च । तत्रापरा ऋग्वेदो यजुर्वेदः सामवेदोऽथर्ववेदः शिक्षा कल्पो व्याकरणं निरुक्तं छन्दो ज्योतिषमिति । अथ परा यया तदक्षरमधिगम्यते । („duae scientiae cognoscendae sunt; sic aiunt ii, qui Brahma norunt, suprema et inferior; inferior est Rigveda, Yajurveda, Samaveda, Atharvaveda, doctrina accentus et rituum, grammatica, glossae, metrica et tractatus astronomici; suprema vero ea est, qua indelebile illud percipitur.“ Bis hoc effatum vertit Colebrookius As. Res. VIII, p. 456. et Transact. II, p. 13.; priore loco post *tractatus astronomici* addit: also the Itihasa and Purana; and logick, with the rules of interpretation and the system of moral duties; quae verba ignorat editio Calcutt., neque interpretatur ea Sancara; fuere tamen in exemplari interpretum Persicorum; cf. Anquetil Oupnek'h. I, p. 376. वेदितव्य ed. Calc., quod correxi. तत्रापरा ऋग्वेदो ed. Calc., quod vix mutare ausim. De Atharvane cf. supra p. 57.). Inferior illa scientia nil aliud est, quam Purva-Mimansa, seu theologiae practicae et exegeticae studium; expressit hoc breviter Sancara Schol. p. 4. fin. अपरा च धर्माधर्मसाधनतत्फलविषया । „et inferior, cuius obiectum est iustum iniustumque, bona opera eorumque fructus.“ Habet illa quidem suam laudem et efficaciam, praesertim si cum scientia vera coniuncta est (cf. loci scripturae apud Sanc. Br. S. IV, 1, 18. तमेतमात्मानं यज्ञेन विविदिषन्ति । „animum illum sacrificio cognoscere

cupiunt;“ et: यदेव विद्यया करोति श्रद्धयोपनिषदा तदेव वीर्यवत्तरं भवति । „quod aliquis cognitione perficit, fide et revelatione, id multo efficacius est.“ Sanc. ad Cen. p. 5, l. 6. सर्वमेतद्यथोक्तं कर्म च ज्ञानं च सम्यगनुष्ठितं निष्कामस्य मुमुक्षोः सत्त्वशुद्ध्यर्थं भवति । सकामस्य तु ज्ञानरहितस्य केवलानि श्रौतानि स्मार्तानि च कर्माणि दक्षिणमार्गप्रतिपत्तये भवन्ति । स्वाभाविक्या त्वशास्त्रीयया प्रवृत्त्या पश्वादिस्थावरान्ताधोगतिः स्यात् । „omne hoc, de quo locuti sumus, opus et cognitio, recte observata, liberationis cupidum, qui sine mundanis desideriis est, adiuvant in substantia sua purganda; quodsi autem desideria habet et cognitione privatus est, omnia opera in Vedis aliisque sacris libris ordinata, sufficiunt tantum ad viam dextram adipiscendam; actio autem naturalis et non legalis deorsum ducit, inde a bestiis usque ad immobilia“). At quum tota in operibus versetur, non potest perducere ad perfectam liberationem, sed tantum ad transeuntem beatitudinem in coelo. Omnia enim opera, etiamsi sancta et piissima, in tempore tamen peraguntur eorumque efficacia post aliquantum temporis finitur. Sanc. B. S. I, 1. p. 3, l. 7. अभ्युदयफलं धर्मज्ञानं तच्चानुष्ठानापेक्षं । निःश्रेयसफलं तु ब्रह्मज्ञानं न चानुष्ठानान्तरापेक्षं । „iusti cognitio beatitudinis (transeuntis) fructum habet respicitque legum observantiam; Brahmanis cognitio autem perfectae liberationis fructum habet neque aliam observantiam respicit.“ De brevibus sacrificiorum praemiis et de exiguo vitae practicae momento secunda Mundacae sectio agit, cuius haec fere summa: pia opera tempore Tretayugae magnopere ampli-

ficata sunt; quare sacrificia perpetrari quidem debent, ita tamen, ut non nimium iis pondus tribuatur; sacrificantem enim perducunt quidem solis radii ad Indrae coelum, at qui oblationes summam perfectionem esse opinantur, ii falsa doctrina et pietate perversi, a mortis vinculis non liberantur, brevi fruuntur in coelo gaudio, sed denuo nascuntur et obeunt; perennem autem felicitatem ii tantum adtingunt, qui Brahmanis cognitione praediti sunt. Gravissime illi reprehenduntur, qui ob peracta sacrificia seu propter accuratam, quam possident, librorum sacrorum cognitionem se ipsos sapientes esse gloriantur (पण्डितं मन्यमानाः Mund. p 2. fin.; Cath. p. 4, l. 17.) aliosque despicatui habent, qui nondum ad eam eruditionem pervenerint. Exempla aliquot eiusmodi sapientum praebet Chhandogya; sic c. VI, 1. de Svetacetu narratur, eum, quum omnes Vedas perlegerit, superbia elatum se ipsum eruditum Brahmanam habuisse et erecto capite incedere solitum esse (सर्वान् वेदानधीत्य महामना अनूचानमानी स्तब्ध एयाय); non respondere autem potuit, quum pater eum interrogaret, quo cognito omnia cognita sint etc., ipseque alio loco (V, 2.) ignorantiam suam confitetur. Omni humana scientia nos animi cognitionem adipisci non posse, Narada disertis verbis edicit (Chhandogy. VII, 1. सोऽहं भगवो मन्त्रविदेवास्मि नात्मवित्। „ego, o venerande, scio quidem sacras formulas, animum non scio“). Legum observantia, sacrificia et oblationes, religiosa Vedarum

lectio, omnium, quae cum iis cohaerent, doctrinarum scientia propaedeuticam tantummodo dignitatem habere possunt, ita ut animum discipuli ad suscipiendam veritatem praeparent. Vedantasar. p. 1, l. 11. अधिकारी तु विधिवदधीतवेदवेदाङ्गत्वेनापाततोऽधिगताखिलवेदार्थः । „*adhicari* (cf. infra) autem est, qui Vedis et Vedangis secundum praecepta perlectis, ea ratione sibi totam Vedarum doctrinam comparavit (quid significet आपाततो, non plane intelligo). Necessario autem haec quatuor ad perfectam cognitionem requiruntur (cf. Sanc. B. S. I, 1, 1. p. 3.): नित्यानित्यवस्तुविवेकः h. e. aeterni et non aeterni entis distinctio, qua Brahma aeternum, quidvis ab eo diversum non aeternum esse cognoscimus; इहामुत्रार्थफलभोगविरागः seu liberatio ab omni appetitu fructus, h. e. praemiorum, quae aut in hoc mundo aut in altero operibus nostris destinata sunt (cf. Sancar. ad Cen. p. 6, l. 3. एवं हि विरक्तस्य प्रत्यगात्मविषयं विज्ञानं श्रोतुं मन्तुं विज्ञातुं च सामर्थ्यमुपपद्यते नान्यथा । „ei, qui sic ab omni cupiditate liberatus est, contingit cognitio, quae summum animum pro obiecto suo habet, h. e. audiendi, cogitandi et cognoscendi facultas, non alia ratione;" et: तस्मात् प्रत्यगात्मब्रह्मविज्ञानपूर्वकः सर्वैषणासंन्यास एव कर्तव्यः । ib. p. 7, l. 3. „quamobrem omnium desideriorum abiectio praecedat necesse est cognitionem summi animi, Brahmanis."); शमदमादिसाधनसंपत् h. e. acquisitio earum perfectionum, quarum primae sunt restrictio et domatio sensuum; quarto denique loco मुमुक्षुत्वं desiderium liberationis. Breviter eum, qui ad co-

gnitionem aptus sit, sic describit Sancara ad Mund. III, 1. p 36. अहिंसासत्यब्रह्मचर्यसर्वत्यागशमदमादिसंपन्नः । „praeditus misericordia erga omnes creaturas, veritate, castimonia, relictione omnium voluptatum, restrictione et domatione sensuum ceterisque virtutibus;" et p. 43, l. 5. मुमुक्षोः कामत्याग एव प्रधानं साधनं । „eius, qui liberari cupit, derelictio omnium voluptatum primaria est perfectio." Distinctio aeterni ab eo, quod non aeternum est, seu Brahmanis ab huius mundi decipiente umbra ex Vedanticorum doctrina omnis perfectionis et liberationis initium est; quare etiam sapientes in Upanishadibus saepissime विवेकिनः appellantur, h. e. qui discernere possunt. Liberatus ab omni terrena cupidine atque adeo a coelestium voluptatum desiderio animus summa est eius sapientis laus, quem Indi संन्यासी appellant, h. e. deponentem omnia mundana atque transeuntia. Hinc illa Mundacae p. 3, l. 9. परीक्ष्य लोकान् कर्मचितान् ब्राह्मणो निर्वेदमायान्नास्त्यकृतः कृतेन । „mundos operibus conditos videns Brahmana aequanimitatem nanciscatur: non est (ullum) non factum facto." Ad quae Sancara p. 17, l. 7. निर्वेदं वैराग्यं आयात् कुर्यादित्येतत् स वैराग्यप्रकारः प्रदर्श्यते। इह संसारे नास्ति कश्चिदपि अकृतः पदार्थः सर्व एव हि लोकाः कर्मचिताः कर्मकृतत्वाच्चानित्या न नित्यं किंचिदस्तीत्यभिप्रायः — अहं च नित्येनामृतेनाभयेन कूटस्थेनाचलेन ध्रुवेणार्थी न तद्विपरीतेनातः किं कृतेन कर्मणा आयासबहुलेनानर्थसाधनेन इत्येवं निर्विण्णोऽभयं शिवमकृतं नित्यं पदं यत्तद्विज्ञानार्थं विशेषेणाधिगमार्थं स निर्विण्णो ब्राह्मणो गुरुमेवाचार्यं शमदमादिसंपन्नमभिगच्छेत् । „*aequanimitatem*, *ἀπάθειαν nanciscatur*, faciat; sic hoc intelligendum; is vero ἀπαθείας modus demonstratur.

Hic in aeterno gyro *non est* ullum quoque *non factum* ens; omnes enim mundi opere conditi et, quia opere producti, non aeterni sunt; non est aliquid aeternum, haec est sententia. — Ego autem aeternum, immortale, impavidum, securum, immobile et firmum desidero, non huic contrarium; quid igitur faciam *facto*, opere multum laborem requirente et damnum perficiente? — hac cogitatione aequanimis factus *ad cognoscendum*, distincte percipiendum locum (ens) *illum* impavidum, felicem, non factum, aeternum, *is* aequanimis Brahmana ad *magistrum*, doctorem, restrictione sensuum et caeteris virtutibus praeditum *accedat*." Eius interpretatio loci difficilis mihi quidem non vera esse videtur; sed hoc nihil ad rem; Vedanticorum doctrinam optime exposuit. Egregium huius puritatis exemplum nobis Cathaca-Upanishad in Nachicetase proponit, qui omnes divitias et voluptates a Yama sibi promissas firmo animo aspernatur solamque veritatem expetit. Cath. p. 3, l. 17. श्वोभावा मर्त्यस्य यदन्तकैतत् सर्वेन्द्रियाणां जरयन्ति तेजः । अपि सर्वं जीवितमल्पमेव तवैव वाहास्तव नृत्यगीते ॥ न वित्तेन तर्पणीयो मनुष्यो लप्स्यामहे वित्तमद्राक्ष्म चेत् त्वा । जीविष्यामो यावदीशिष्यसि त्वं वरस्तु मे वरणीयः स एव ॥ „utrum cras erunt, nec ne illae voluptates (sic interpretatur Sancara schol. p. 26, l. 12.), incertum est, o destructor mortalium (alloquitur Yamam Nachicetas); senescere faciunt hunc sensuum vigorem. Omnis vita parva est (etiam innumerabiles Brahmanis anni), currus tui, saltationes et cantus tui;

non opibus homo satiari potest. Anne opes appetere possumus, si te vidimus? Vivamus, quamdiu tu imperas; illa autem optio a me facienda (nempe vera cognitio)." — Tertium, quod ad veram cognitionem requiritur, est sensuum ab omnibus externis rebus abstractio, quaeque cum ea coniuncta est, pia meditatio (समाधिः), in cuius regulis exponendis duae tertii Sutrorum libri lectiones versantur. Praecipue autem animus discipuli ardenti veritatis et liberationis desiderio impletus esse debet, ita ut quasi flagranti capite ad magistrum accedat, a quo deinceps instituitur. Vedantas. p. 4, l. 3. अयमधिकारी जन्ममरणादिसंसारानलसंतप्तो दीप्तशिरा जलराशिमिवोपहारपाणिः श्रोत्रियं ब्रह्मनिष्ठं गुरुमुपसृत्य तमनुसरति । „is, qui sic praeparatus et habilis est ad cognitionem (hic est vocis अधिकारी sensus, ut e praecedentibus apparet; cf. Colebr. Trans. II, p. 9. not. अधिकरणं significat caput quaestionis, disputationis; hinc etiam frequentissimus vocum अधिकृतः, अधिकारः etc. usus, quae saepe magnam difficultatem praebent), ustus igne aeterni gyri, qui in generatione, morte et reliquis incommodis constat, quemadmodum, cuius caput flagrat, ad puteum accedit, sic donum in manu ferens ad magistrum eruditum et Brahmanis cognitione praeditum profectus, eum sequitur." Hinc magna illa discendi cupiditas, qua veritatis studiosi e longinquis regionibus ad sapientes convenisse in Upanishadibus narrantur, hinc tam admirabilis discipulorum erga praeceptores pietas et obedientia, hinc indefessa sacri ignis

custodia et rigidissimae poenitentiae exempla in Vedis commemorata, quae enumerare longum est. Sic Indra in Chhandogy. VIII, 11. centum annos discipuli officia exercuisse dicitur, priusquam a Brahmane veram cognitionem acceperit. Saepius magistri tam severi sunt, ut ne minimam quidem doctrinae suae partem cum discipulis communicare velint et constantibus tantummodo precibus ad revelanda arcana permoveantur (Chhandogy.). Tanto nonnullos veritatis studio impletos esse videmus, ut ultro omnes divitias suas iis polliceantur, a quibus veram sapientiam exspectant; quid enim divitiis faciet is, qui ab omnibus terrenis vinculis liberari gestit? Magister autem eum summa misericordia permotus instituit (स गुरुः परमकृपया — एनमुपदिशति । Vedantas. p. 4, l. 6.), non donis aut aliis illecebris. Ipsius institutionis haec prima est lex et conditio, ut discipulus indubitanter et firme credat, quae a magistro proferuntur (Vedantas. p. 3, l. 11. गुरुवेदान्तवाक्येषु विश्वासः श्रद्धा । „fides est confidentia in doctrinis Vedantae et in magistro"). A solo enim magistro cognitionem obtinere potest, suis viribus non assequendam. Sanc. praef. ad Mund. p. 1, l. 13. Brahmanis cognitionem गुरुप्रसादलभ्यां esse ait, h. e. magistri favore accipiendam.

Ducimur hac re ad aliam eamque gravissimam quaestionem, qua ratione homo veram cognitionem sibi comparare possit. Tres autem cognitionis viae ab omnibus Indorum scholis admittuntur: perceptio sensuum, conclusio et

et revelatio seu traditio, quibus a nonnullis comparatio additur. Gotama Nyaya-Sutr. I, 1, p. 9. प्रत्यक्षानुमानोपमानशब्दाः प्रमाणानि । Isvara-Crishna Car. v. 4. दृष्टमनुमानमाप्तवचनं च ।, ubi scholiastes haec annotat: नन्वुपमानादीन्यपि प्रमाणानीत्यत आह सर्वप्रमाणसिद्धत्वात् । एष्वेव दृष्टानुमानाप्तवचनेषु सर्वेषां प्रमाणानां सिद्धत्वादन्तर्भावादित्यर्थः । „Nonne etiam comparatio aliaque demonstrationis modi sunt? hinc ait: *propter absolutionem omnis demonstrationis*; in perceptione enim sensuum, in conclusione et traditione omnes demonstrationis modi absolvuntur, continentur.“ Similem Mimansicorum divisionem vide apud Colebrookium Trans. I, p. 444. Vedantici formalem Nyayae partem in suum usum convertisse videntur. Atque in eo quidem omnes consentiunt, a perceptione sensuum cognitionem proficisci non posse (cf. Lassen. ad Car. v. 6 et 7.). Deus enim, qui unicum est verae scientiae obiectum, sensus omnesque humanas vires transgreditur. Sancara ad Mund. III, 1, p. 41. यस्मान्न चक्षुषा गृह्यते केनचिदप्यरूपत्वात् । नापि गृह्यते वाचानभिधेयत्वात् । न चान्यैर्देवैरितरेन्द्रियैः । „quia a nemine oculo percipitur propter defectum formae, neque voce comprehenditur, quia nominari non potest, neque reliquis sensibus.“ Unde lucem accipiunt illa Mundacae I, p. 1, l. 13. यत् तदद्रेश्यमग्राह्यमगोत्रमवर्णमचक्षुःश्रोत्रं । „illud, quod invisibile est et prehendi non potest, quod genealogiam et descriptionem non habet, quod sine oculis et auribus est.“ Cen. p. 1, l. 11. न तत्र चक्षुर्गच्छति न वाग्गच्छति नो मनो न विद्मो न विजानीमो यथैतदनुशिष्यादन्यदेव तद्विदितादथो अविदितादधि । „eo oculus non

pervenit, oratio non pervenit, neque mens; non scimus, non intelligimus, quomodo illud aliquis docere possit; diversum est a cognito incognitoque altius" (facit huc tota prima Ceneshitae sectio). Immo sensus ei coercendos esse iam audivimus, qui vera cognitione imbui desiderat; sensus enim sua natura res externas pro obiecto habent, non Brahma, ut ait Sancara Br. S. I, 1, 2. p. 6. स्वभावतो बहिर्विषयविषयाणीन्द्रियाणि न ब्रह्मविषयाणि । Sed ne disquisitione quidem et conclusione summi numinis scientiam nos adipisci posse, idem docet in comm. ad Cen. p. 7, l. 12. केवलतर्कागम्यत्वं च दर्शितं भवति नैषा तर्केण मतिरापनेयेति श्रुतेः । „sola ratiocinatione illuc perveniri non posse demonstratum est ex loco s. librorum: illa doctrina ratiocinatione non acquirenda." Ib. p. 14, l. 5. सत्यमेवं प्रत्यक्षादिभिः प्रमाणैर्न परः प्रत्याययितुं शक्य आगमेन तु शक्यत एव प्रत्याययितुं । „illud quidem verum: perceptione sensuum reliquisque demonstrandi generibus supremus probari non potest, traditione vero probatur." Ib. p. 15, l. 10. ब्रह्म चैवमाचार्योपदेशपरंपराधिगन्तव्यं न तर्कतः । „Brahma perpetua traditione doctrinae a magistris profectae assequi possumus, non ratiocinatione." Schol. ad Cath. p. 24, l. 9. अतश्चास्माकं न प्रत्यक्षेण नापि चानुमानेन निर्णयविज्ञानं । „quamobrem certa nostra cognitio non efficitur perceptione sensuum neque conclusione." Cath. p. 5, l. 4. न नरेणावरेण प्रोक्त एष सुविज्ञेयो बहुधा चिन्त्यमानः । अनन्यप्रोक्ते गतिरत्र नास्त्यणीयान् ह्यतर्क्यमणुप्रमाणात् । नैषा तर्केण मतिरापनेया प्रोक्तान्येनैव सुज्ञानाय प्रेष्ठ । यां त्वमापः सत्यधृतिर्वतासि त्वादृङ्नो भूयान्नचिकेतः प्रष्टा । जानाम्यहं शेवधिरित्यनित्यं न ह्यध्रुवैः प्राप्यते हि ध्रुवं तत् । „non

ab homine inferiore praedicatus is bene cognosci potest, multifarie cogitatus; quodsi a non alio (magistro ad Brahma converso, suam ipsius opinionem non sequente) praedicatus est, nullus in eo dubitationis locus; subtilior enim est neque indagandum ratione subtilis. Illa doctrina ratiocinatione non acquirenda est, praedicata ab alio, dilectissime, ad cognoscendum, quam tu accepisti (a me); in vero constans es profecto; qualis tu es, nobis sit interrogator, o Nachicetas; novi ego, thesaurum (fructus operum), ut appellatur, non aeternum esse; non enim a non firmis firmum illud acquiritur." Locus est difficillimus et sine scholiorum ope vix intelligibilis; quare moremur paullulum in Sancarae explicationibus. (Schol. p. 32. sqq.) अवरेण — प्राकृतबुद्धिना ।; post चिन्त्यमानः addit वादिभिः h. e. a philosophis; अनन्यप्रोक्ते । अनन्येनापृथग्दर्शिनाचार्येण । — गतिः । अस्तिनास्तीत्यादिलक्षणा चिन्ता । — अत्रनास्ति । सर्वविकल्पगतिप्रत्यस्तमितत्वादात्मनः । — Et interiectis nonnullis: अणीयान् अणुतरः अणुप्रमाणादपि संपद्यते आत्मा अतर्क्यं अतर्क्यः स्वबुद्ध्यभ्यूहेन केवलेन तर्केण तर्क्यमाणेऽणुपरिमाणे केनचित् स्थापिते आत्मनि ततोऽणुतरमन्योऽभ्यूहति ततोऽप्यन्योऽणुतममिति । न हि तर्कस्य निष्ठा क्वचिद्विद्यतेऽनन्यप्रोक्ते आत्मन्युत्पन्ना येयमागमप्रतिपाद्यात्ममतिर्नैषा तर्केण स्वबुद्ध्यभ्यूहमात्रेण आपनेया न प्रापणीयेत्यर्थः नापनेतव्या वा न हन्तव्या तार्किको ह्यनागमज्ञः स्वबुद्धिपरिकल्पितं यत् किंचिदेव कल्पयति अत एव च येयमागमप्रभूतमतिरन्येनैवागमाभिज्ञेनाचार्येणैव तार्किकात् प्रोक्ता सती सुज्ञानाय भवति । „*subtilior* etiam *ratione* (mensura) *subtilis* animus existit, *neque indagandum* indagandus; quod si enim aliquis mera ratiocinatione, sua ratione ficta, mensuram subtilis ratiocinatur ani-

mumque in ea ponit, alius subtiliorem sibi fingere potest, rursus alius subtilissimum; non enim ulla ratiocinationis certitudo est. — Quare quae illa animo a non alio praedicato oritur doctrina de animo traditione demonstranda, ea non ratiocinatione, quae sola sua ipsius ratione nititur, acquiri h. e. comparari, seu non abduci h. e. non destrui potest; qui enim sola ratiocinatione utitur neque traditionem novit, is quodcunque ratione sua ponit, id certum esse putat; quamobrem ab alio magistro, quam a tali ratiocinante, qui potius traditionem cognovit, praedicata haec doctrina traditione orta bene intelligi potest, o dilectissime.“ Sancara B. S. I, 1, 2. p. 5. वाक्यार्थविचारणाध्यवसाननिर्वृत्ता हि ब्रह्मावगतिर्नानुमानादिप्रमाणान्तरनिर्वृत्ता । सत्सु तु वेदान्तवाक्येषु जगतो जन्मादिकारणवादिषु तदर्थग्रहणदार्ढ्यायानुमानमपि वेदान्तवाक्याविरोधिप्रमाणं भवन्न निवार्यते । „In studio enim sensus locorum s. scripturae explicandi occupata est Brahmanis cognitio, non occupata est in aliis demonstrandi generibus, conclusione etc. Datis autem Vedantae locis, qui mundi originis etc. caussam exponunt, ad eorum sensum certius indagandum etiam conclusio, quae est demonstratio non contraria locis Vedantae, non impeditur.“ Id. ib. 4. p. 13. ध्यानं चिन्तनं यद्यपि मानसं तथापि पुरुषेण कर्तुमकर्तुमन्यथा वा कर्तुं शक्यं पुरुषतन्त्रत्वात् । ज्ञानं तु प्रमाणजन्यं । प्रमाणं तु यथाभूतवस्तुविषयं । अतो ज्ञानं कर्तुमकर्तुमन्यथा वा कर्तुं न शक्यं केवलं वस्तुतन्त्रमेव । „meditatio, cogitatio, etiamsi mentalis est, tamen ab homine fieri, seu alio modo fieri seu non fieri potest, quia ab homine dependet. Cognitio vero ex

auctoritate (demonstratione; duplici sensu haec vox usurpatur; primo, ut sit demonstratio in universum, deinde demonstratio sufficiens, auctoritas, quae secundum Vedanticos solum e sacris libris peti potest) orta. Auctoritas vero pro obiecto suo habet ens, quale revera est; hinc cognitio non potest fieri, aut non fieri, seu alio modo fieri; dependet enim a solo ente." Redeunt igitur Vedantici ad solum tertium demonstrationis genus, quod aut प्रमाणं proprie, aut आगमः (traditio), aut श्रुतिः (auditio) appellant. Sancara Br. S. I, 1, 3. p. 6. fin. अथ वा यथोक्तमृग्वेदादिशास्त्रं योनिः कारणं प्रमाणमस्य ब्रह्मणो यथावत् स्वरूपाधिगमे । शास्त्रादेव प्रमाणाज्जगतो जन्मादिकारणं ब्रह्माधिगम्यते । „seu dictum illud s. librorum corpus Rigveda etc. est mater h. e. caussa et auctoritas in intelligenda vera natura illius Brahmanis. S. enim librorum auctoritate Brahma, caussa originis etc. huius mundi, intelligitur." Id. ib. 4. p. 7. तद् ब्रह्म सर्वज्ञं सर्वशक्ति जगदुत्पत्तिस्थितिलयकारणं वेदान्तशास्त्रादवगम्यते । कथं । समन्वयात् । सर्वेषु हि वेदान्तेषु वाक्यानि तात्पर्येणैव स्वार्थस्य प्रतिपादकत्वेन समनुगतानि । „illud Brahma, omnia cognoscens, omnipotens, caussa productionis, conservationis et destructionis huius mundi, ex libris Vedantae cognoscitur. Quomodo? propter indolem; in omnibus enim Vedantis (libris sacris) loci praediti sunt ea indole, ut Brahma spectent eiusque sensum explicent." Ultima itaque omnis cognitionis fons sunt libri sacri, ut iam in definitione Vedantae observavimus. Libri sacri autem veraque eorum explicatio sola traditione acquiri possunt; quare is, qui verita-

tem cognoscere vult, accedat oportet ad magistrum in s. scriptura versatum omnibusque virtutibus insignem, qui ipse eadem ratione doctrinam a suo magistro quasi hereditate accepit. Mund. p. 3, l. 10. तद्विज्ञानार्थं स गुरुमेवाभिगच्छेत् समित्पाणिः श्रोत्रियं ब्रह्मनिष्ठं । तस्मै स विद्वानुपसन्नाय सम्यक् प्रशान्तचित्ताय शमान्विताय । येनाक्षरं पुरुषं वेद सत्यं प्रोवाच तां तत्त्वतो ब्रह्मविद्यां । „ad id cognoscendum, is ad magistrum accedat eruditum et ad Brahma conversum, lignum in manu ferens. Huic aggresso, si mens eius quietem secundum praecepta nacta est, domitione (sensuum) praedito is sapiens accurate praedicavit illam Brahmanis scientiam, qua virum illum sempiternum et verum novit.“ Sanc. schol. ad h. l. p. 17. fin. शास्त्रज्ञोऽपि स्वातन्त्र्येण ब्रह्मज्ञानान्वेषणं न कुर्यादित्येतत् । „etiam qui libros sacros bene novit non faciat inquisitionem Brahmanis cognitionis ex suo arbitrio (sed magistri consilio).“ Et sic in India revera factum esse videmus; nullibi maior magistro honor et veneratio, nullibi frequentior ad viros doctos et sapientes concursus et ardentius discipulorum studium. Monstrant hoc etiam Upanishades, quae ea disputandi methodo utuntur, ut plerumque magistrum inducant discipulos suos instituentem. Hinc explicandae sunt variae librorum sacrorum recensiones a variis magistris propositae, a discipulis ad seriora usque tempora propagatae (cf. Bhavabhut. Malat. Madh. ed. Lassen. p. 3, l. 7.), hinc in ipsa doctrina diversae quasi familiae. Chhandogya e. g. in capite quarto Haridrumatam

Gautamam nominat, qui instituit Satyacamam, et deinde ab hoc Upacosalam doceri videmus. In capite quinto Svetacetus a Pravahano inscitiae convictus una cum patre Uddalaco instituitur (Pravahana iam occurrit in capite primo sect. 8.). Uddalacam (Arunidem, qui etiam Gautama appellatur) cum multis aliis docet Asvapatis in eodem capite. Caput sextum est colloquium Svetacetus cum patre suo Uddalaco. Etiam Cathacae interlocutores ad familiam Uddalacidarum et Arunidarum pertinent; quidni igitur talia in Upanishadibus antiquae doctrinae monumenta revera quarundam familiarum mysteria fuisse putemus, quae a posteris religiose servata sunt? Omnia ficta esse et nomina; quae in libris illis inveniuntur, tantummodo mythica, non facile crediderim. Longam Sancarae discipulorum seriem supra (p. 42.) commemoravi; recordare etiam Isvara-Crishnae exemplum, qui quo fidem addat suae doctrinae Sankhyicae expositioni, perpetuo se eam magistrorum et discipulorum ordine accepisse affirmat. Sed quid? discipulum veram cognitionem magistro suo debere ais; a quonam igitur is initiatus est? A suo praeceptore. At ea ratione progredimur in infinitum. Minime, respondent Indi; namque ultimus cognitionis fons est Brahma ipsum, cuius verbum et revelatio sunt libri sacri, a quo tria illa volumina procreata, ut supra audivimus. Sic in Mundaca Brahman (primogenitus omnium Deorum) Atharvae doctrinam tradit; quare San-

cara schol. p. 49, l. 7. समाप्ता ब्रह्मविद्या सा येभ्यो ब्रह्मादिभ्यः पारंपर्यक्रमेण संप्राप्ता तेभ्यो नमः परमर्षिभ्यः परमं ब्रह्म साक्षाद् दृष्टवन्तो ये ब्रह्मादयोऽवगतवन्तश्च ते परमर्षयः । „finita haec Brahmanis scientia a quibus (Brahman eorum primus erat) perpetuae traditionis serie accepta, iis sit laus, summis sapientibus; qui summum Brahma manifeste viderunt et cognoverunt, Brahman et reliqui, ii summi sapientes.“ Similiter in Vrihadaranyaco et in Chhandogyae capite octavo Prajapatis magistri munere fungitur. Chhandogy. VIII, 15. तद्धैतद् ब्रह्मा प्रजापतय उवाच प्रजापतिर्मनवे मनुः प्रजाभ्यः । „Hoc Brahma Prajapati dixit, Prajapatis Manui, Manus creaturis.“ Ipse adeo inferni rex Yama Nachicetasem in Cathaca instruit. De Brahmane Vedarum fonte agit Sancara B. S. I, 1, 3. p. 6. महत ऋग्वेदादेः शास्त्रस्यानेकविद्यास्थानोपबृंहितस्य प्रदीपवत् सर्वार्थावद्योतिनः सर्वज्ञकल्पस्य योनिः कारणं ब्रह्म । न हीदृशस्य शास्त्रस्य ऋग्वेदादिलक्षणस्य सर्वज्ञगुणान्वितस्य सर्वज्ञादन्यतः संभवोऽस्ति । ययद्विस्तरार्थं शास्त्रं यस्मात् पुरुषविशेषात् संभवति यथा व्याकरणादि पाणिन्यादेर्ज्ञेयैकदेशार्थमपि स ततोऽप्यधिकतरविज्ञान इति प्रसिद्धं लोके । किमु वक्तव्यमनेकशाखाभेदभिन्नस्य देवतिर्यङ्मनुष्यवर्णाश्रमादिप्रविभागहेतोर्ऋग्वेदाद्याख्यस्य सर्वज्ञानाकरस्याप्रयत्नेनैव लीलान्यायेन पुरुषनिश्वासवद्यस्मान्महतो भूतायोनेः संभवः अस्य महतो भूतस्य निश्वसितमेतद्यदृग्वेद इत्यादिश्रुतेः तस्य महतो भूतस्य निरतिशयं सर्वज्ञत्वं सर्वशक्तित्वं चेति । „Magni illius librorum corporis, quod a Rigveda incipit, multas scientias complectentis, quasi lumen omnes res illustrantis et omniscientia praediti origo, caussa Brahma est. Non enim talis libri, qualis est Rigveda etc. omni scientiae qualitate praediti alius fons esse potest, quam omnisciens. Quodsi enim ab aliquo homine quodvis opus prolixum profici-

scitur, ut e. g. grammatica a Panine, is maiori cognitione pollere vulgo creditur, etiamsi opus illud singularem quandam rem tractet. Quo maiori igitur iure dici potest: liber ille Rigveda etc. nuncupatus, in multas diversas recensiones divisus, qui caussa est distributionis deorum, animalium, hominum, gentium, ordinum etc. et fodina omnis cognitionis, a quo magno ente, quasi fonte, sine ullo labore et lusus instar, ut hominis respiratio, proficiscitur (secundum locum s. librorum: ab illo magno ente spiratus est Rigveda), eius magni entis incomparabilis est omniscientia et omnipotentia" (सर्वज्ञकल्पस्य । कल्पः secundum Wilsonum in compositis habet significationem similitudinis. Observa Paninis mentionem, quae probat magnam eius vetustatem). Itaque Brahma ipsum sese revelat seque sacris libris cognitum facit; libri tamen non intelliguntur, nisi animus humanus purgatus sit ab omnibus mundanis desideriis, illustratus luce divina (hinc qui Brahma scit, etiam faciem lucentem habere dicitur Chhandogy. IV, 9. et 14. ब्रह्मविद इव सोम्य ते मुखं भाति); immo mera eorum lectio nil proficit, ne adiuta quidem magistri institutione. Deprehendimus autem hic totius doctrinae Vedanticae cardinem; id enim docent magistri Indici, Deum eligere eos, a quibus se cognosci cupiat quosque reducere velit ad perpetuam secum unitatem. Locus Caushitaci-Upanishadis ap. Sanc. B. S. II, 1, 34. p. 155, l. 4. एष ह्येव साधु कर्म कारयति तं यमेभ्यो लोकेभ्य उन्निनीषते एष उ एवासाधु

कर्म कारयति तं यमधो लोकं निनीषते । „is enim bonum opus eum perpetrare facit, quem ex his mundis educere cupit; is etiam malum opus perpetrare facit eum, quem deorsum in mundum ducere cupit.“ Mundac. p. 7, l. 16. (cf. Cath. p. 6, l. 16.) यमेवैष वृणुते तेन लभ्यस्तस्यैष आत्मा वृणुते तनूं स्वां । „quem quidem is eligit, ab eo percipi potest; illi animus manifestam facit suam figuram.“ Haec absoluta praedestinatio est, in qua removenda multum laborant Vedantici, ut infra videbimus, sed frustra. Ex ipsorum enim dogmate mundus operibus sustinetur, et quicunque nascitur in ea conditione, quam ipse praecedenti vita meruit. Ergo, si Deus nostrorum operum caussa est, caussa est etiam conditionis, in qua sumus, ab hac conditione autem dependet nostra ad cognoscendum habilitas; ergo Deus nos cognoscere aut non cognoscere facit. Sancara ad Cen. p. 19, l. 14. कदाचिद्यथाश्रुतं दुर्विज्ञेयमपि क्षीणदोषः सुमेधाः कश्चित् प्रतिपद्यते कश्चिन्नेति साशङ्कमाह यदीत्यादि दृष्टं च य एषो ऽक्षिणि पुरुषो दृश्यते एष आत्मेति होवाच तदमृतमभयमेतद् ब्रह्मेत्युक्ते प्राजापत्यः पण्डितो ऽप्यसुरराड् विरोचनः स्वभावदोषवशादनुपपद्यमानमपि विपरीतमर्थं शरीरमात्मेति प्रतिपन्नः तथा देवराड् सकृद्द्विस्त्रिरुक्तं चाप्रतिपद्यमानः स्वभावदोषक्षयमपेक्ष्य चतुर्थे पर्याये प्रथमोक्तमेव ब्रह्म प्रतिपन्नवान् । लोके ऽप्येकस्माद्गुरोः शृण्वतां कश्चिद्यथावत् प्रतिपद्यते कश्चिद्विपरीतं कश्चिन्न प्रपद्यते । किमु वक्तव्यमतीन्द्रियमात्मतत्त्वं । अत्र हि विप्रतिपन्नाः सदसद्वादिनस्तार्किकाः सर्वे । „nonnunquam aliquis bono intellectu praeditus et a peccatis liber etiam difficile ad cognoscendum, ut auditum, intelligit, alius non; quare cum dubitatione ait: quodsi opinaris etc (locus Ceneshitam-

Upanish.). Videmus etiam hoc (in s. libris); nam postquam dictum erat: vir ille, qui in oculo conspicitur, is animus, inquit, id immortale, impavidum, is Brahma, — Virochana rex Asurarum, etiamsi a Prajapate ipso institutus, tamen propter naturae suae perversitatem doctrinam absonam et contrariam: corpus esse animum (ipsum) intellexit, rex deorum vero semel, bis terque, quod dictum erat, non intellexit, quarta tamen vice propter naturalis perversitatis destructionem primo dictum Brahma intellexit. Etiam in vita quotidiana ex iis, qui eundem praeceptorem audiverunt, unus rem recte intelligit, alius contrarium, alius denique prorsus nihil. Quo magis igitur cadit hoc in essentiam animi, quae supra omnes sensus est; hic in diversa abeunt omnes ratiocinio addicti, qui de ente et non ente loquuntur (Alludit Sancara ad octavum Chhandogyae caput, ubi Prajapatis Indram et Virochanam docet)." Non eo quippe progressi sunt Vedantici, ut omnes homines quoad habilitatem pares esse dicerent nullamque ordinum, quos leges sanxerunt, diversitatem statuerent; immo solos bis natos h. e., qui mysticam initiationem acceperunt, aptos esse autumant, non Sudras, qui Vedas legere non possunt. — Descripsi conditiones et subsidia, quibus vera cognitio acquiritur; eius efficaciam Vedantici splendidissima laude extollunt. Animus enim noster, simulac Deum (h. e. se ipsum, ut infra apparebit) cognovit, mortem et peccata su-

perat et ab omni terreno amore et cupiditate liberatus in suam se naturam, id est in Deum, convertit. Neque vero solum eam perfectionem adipiscitur, ut amplius peccare non possit, sed delet etiam turpissimorum criminum poenas, piarum actionum praemia, iis, qui Deum revera intelligunt, despicata. En tibi locum e Caushitaci (Oupnek'hat II, p. 85. Sancara B. S. I, 1, 28. p. 40.): स यो मां वेद न ह वै तस्य केनचन कर्मणा लोको मीयते न स्तेयेन न भ्रूणहत्यया । „ei, qui me scit, nullo opere mundus formatur, neque furto, neque abortione." Nemo enim in mundum redire potest, qui vera cognitione opera sua destruxerit. Addit Sancara: ब्रह्मविज्ञाने हि सर्वकर्मक्षयः प्रसिद्धः । „nota est enim omnium operum destructio in cognitione Brahmanis." In fine eiusdem Upanishadis haec leguntur: स न साधुना कर्मणा भूयान् भवति नो एवासाधुना कनीयान् । „is bono opere non maior fit, neque malo minor." Vix credibile esset, Indos revera talia docuisse, quae omnibus divinis humanisque legibus perniciosissima sunt, nisi eadem doctrina in quavis fere Upanishade ad nauseam usque decantaretur. Chhand. I, 6. उदेति ह वै सर्वेभ्यः पाप्मभ्यो य एवं वेद । „egreditur ex omnibus peccatis, qui sic intelligit (sic citat Sancara B. S. I, 1, 20. p. 30. fin.)." Ib. IV, 14. यथा पुष्करपलाश आपो न श्लिष्यन्त एवमेवंविदि पापं कर्म न श्लिष्यते । „quomodo aqua non tangit folium nymphaeae, sic peccatum non tangit eum, qui ita scit." Ib. V, 10. स्तेनो हिरण्यस्य सुरां पिबंश्च गुरोस्तल्पमावसन् ब्रह्महा चैते पतन्ति चत्वारः पंचमश्चाचरंस्तैरित्यथ य एतानेवं पंचाग्नीन् वेद न स ह

तैरश्चाचरन् पाप्मना लिप्यते शुद्धः पूतः पुण्यलोको भवति य एवं वेद । „qui aurum furatur, liquores inebriantes bibit, qui lectum magistri sui ascendit et qui Brahmanam interficit, hi quatuor cadunt (in infernum) quintusque is, qui cum talibus communionem habet; at qui hos quinque ignes novit, is etiamsi cum illis communionem habeat, peccato non contaminatur, sanctus, purus et puris mundis praeditus, qui ita scit (de quinque ignibus alio loco agetur; significat autem magister veram scientiam)." Ib. eod. cap. sect. 24. अथ य एतदेवंविद्वानग्निहोत्रं जुहोति तस्य सर्वेषु लोकेषु सर्वेषु भूतेषु सर्वेष्वात्मसु हुतं भवति । तद्यथेषीकातूलमग्नौ प्रोतं प्रदूयेतैवं हास्य सर्वे पाप्मानः प्रदूयन्ते । „qui hoc sic sciens sacrificium perpetrat, is in omnibus mundis, in omnibus creaturis, in omnibus animis litat; quemadmodum textoris pecten in igne textura purgatur, sic omnes eius peccata purgantur (pro अथ Codex habet अप्य, ut paullo post pro तद्यथे° तद्यप्ये°; ultimum correctum praebet Sancara B. S. IV, 1, 13. p. 347. fin. Inde a vocibus एवं हास्य locum citat idem B. S. I, 2, 24. p. 61. इषिका seu इषीका et ईषिका. seu ईषीका significant peniculum seu ramum fibratum, quo textores utuntur. Observa verbum प्रदू, quod alibi me legere non memini)." Spectat huc locus celeberrimus Mundacae quem semper in ore habent Vedantici, supra illustratus (p. 28.), ex eadem Upanishade compara haec verba (p. 8, l. 6.); यथा नद्यः स्यन्दमानाः समुद्रेऽस्तं गच्छन्ति नामरूपे विहाय । तथा विद्वान्नामरूपाद्विमुक्तः परात् परं पुरुषमुपैति दिव्यं । स यो ह वै तत् परमं ब्रह्म वेद ब्रह्मैव भवति । नास्याब्रह्मवित् कुले भवति तरति

शोकं तरति पाप्मानं गुहाग्रन्थिभ्यो विमुक्तो भवति ॥ „quomodo fluvii delabentes in oceano occasum eunt, relinquentes nomen et formam, sic sapiens nomine et forma liberatus a supremo supremum virum adipiscitur coelestem. Is, qui summum illud Brahma scit, Brahma fit. In eius domo non est aliquis, qui Brahma non cognoscat; transgreditur dolorem, transgreditur peccatum nodisque cordis sui liberatur.“ Multus est in hoc dogmate exponendo Sancara in praefatione ad Ceneshitam (p. 6, l. 5.), qui sic procedit: एतस्माच्च प्रत्यगात्मब्रह्मविज्ञानात् संसारबीजमज्ञानं कामकर्मप्रवृत्तिकारणमशेषतो निवर्तते । तत्र को मोहः कः शोक एकत्वमनुपश्यतः । इति मन्त्रवर्णात् । तरति शोकमात्मवित् । भिद्यते हृदयग्रन्थिस्तस्मिन् दृष्टे परावरे । इत्यादिश्रुतिभ्यश्च । कर्मसहितादपि ज्ञानादेतत् सिध्यतीति चेन्न वाजसनेयके तस्यान्यकारणत्ववचनात् । जाया मे स्यादित्यादिप्रस्तुत्य पुत्रेणायं लोकः कर्मणा पितृलोको विद्यया देवलोक इत्यात्मनोऽन्यस्य लोकत्रयस्य कारणत्वमुक्तं वाजसनेयके । तत्रैव च पारिव्राज्यविधाने हेतुरुक्तः । किं प्रजया करिष्यामो येषां नोऽयमात्मायं लोक इति । तत्रायं हेत्वर्थः । प्रजा कर्म तत्संयुक्तविद्याभिर्मनुष्यपितृदेवलोकसाधनैरनात्मलोकप्रतिपत्तिकारणैः किं करिष्यामः । न चास्माकं लोकसंयुक्तविद्याभिर्मनुष्यपितृदेवलोकत्रयमनित्यं साधनसाध्यमिष्टं । येषामस्माकं स्वाभाविकोऽजोऽजरोऽमृतोऽभयो न वर्द्धते कर्मणा नो कनीयान् लोक इष्टः । „per hanc supremi animi Brahmanis cognitionem ignorantia, quae totius mundi semen atque cupiditatis actionumque caussa est, plane removetur, ut ex hoc sacrorum librorum versu elucet: quae illic deceptio, qui moeror esse potest eius, qui unitatem perspicit; et propter tales locos: qui animum cognovit, omnem dolorem transgreditur; finditur cordis nodus viso illo supremo etc. Si quis diceret, id etiam ea

cognitione perfici posse, quae cum operibus coniuncta est, falsus est; quia in Vajasaneyaco (pars albi Yajushis; Colebrooke As. Res. VIII, p. 415.) ea cognitio alius rei caussa perhibetur. Praemissis enim his: uxor mihi sit etc., sic pergit: filio hic mundus (acquiritur), opere mundus patrum, cognitione mundus deorum; sic in Vajasaneyaco caussa trium mundorum ab animo diversorum exposita. Illic etiam vitae mendicae suscipiendae caussa profertur: quid progenie nos faciamus, quorum ille animus ille mundus. Hic quippe caussae sensus: progenies est opus; quid faciamus igitur cognitionibus cum operibus coniunctis, quae mundos hominum, patrum, deorum perficiunt caussaque sunt, ut mundos ab animi nostri natura alienos adipiscamur; nos autem non desideramus cognitionibus cum mundo coniunctis mundorum triadem, non aeternam, aliis adiumentis (bonis operibus) perficiendam; quippe quorum (nostrum) desideratus mundus est naturalis, non natus, non senescens, immortalis, impavidus, qui opere non crescit, neque minor fit.“ Duo autem hic notanda sunt; primo epitheton अभयः *impavidus*, quod significat, nos, si vera cognitione polleamus, ab omni timore liberari; timor enim a morte oritur; mors vero scientia destruitur. Sancara ad Cath. p. 54, l. 15. यावद्धि भयमध्यस्थोऽनित्यमात्मानं मन्यते तावद्गोपायितुमि-च्छत्यात्मानं । यदा तु नित्यमद्वैतमात्मानं विजानाति तदा किं कः कुतो वा गोपायितुमिच्छेत् । „quamdiu enim in timore versans se ipsum (animum) non aeternum esse credit, tamdiu

se ipsum tueri vult; quando vero se ipsum aeternum et indivisum esse cognoverit, tum quid, quis et contra quem se tueri cupiat?“ Deinde singularis, quam de mundis opinionem habuere Indi; mundus quippe est omne quod extra hominem apparet; haec apparentia idealis est et tota ab homine dependet; quare homo sua voluntate diversos mundos h. e. diversas rerum externarum ideas intrare potest; mundus igitur est locus intellectualis humani animi; quo altiorem is cognitionem adtingit, eo altior locus; summus omnium locorum est Brahma ipsum, sicut etiam apud nostros theologos sermo est de Deo, ut loco animarum, sed vero sensu; quam ob caussam alibi Brahma etiam पदं (locus) appellatur. Si quis filium procreat (scimus quantum momenti filio ab antiquis populis et praecipue ab Indis tribuatur) in eoque totam felicitatem suam ponit, in hunc mundum post mortem delabitur; qui in sacrificiis summam rerum versari opinatur, hac voluntate sua in mundum patrum pervenit et sic porro. Ei autem, qui cognitione, etiamsi inferiore (significatur autem praecipue ea, quae meditatione, piis operibus et Yoga, qualem Patanjalis describit, comparatur) praeditus est, post mortem omnes hi mundi subiecti sunt, ut docet Chhandogy. VIII, 2. स यदि पितृलोककामो भवति संकल्पादेवास्य पितरः समुत्तिष्ठन्ति तेन पितृलोकेन संपन्नो महीयते । „is, si mundum patrum desiderat, ex eius voluntate patres surgunt; illum patrum mundum adeptus magni-

ficatur;“ et nonnullis interiectis: यं यमन्तमभि कामो भवति यं कामं कामयते सोऽस्य संकल्पादेव समुत्तिष्ठति तेन संपन्नो महीयते । „quemcunque finem exoptat, quodcunque desiderium desiderat, id voluntate sua surgit, id adeptus magnificatur;“ cf. Sancar. B. S. IV, 4, 8. p. 373. Attamen remanet hic semper desiderium, neque animus perfecte liberatur. Qui veram et puram cognitionem sibi comparavit, etiam ab hac dulci delusione solutus redit in aeternam cum summo numine unionem, sed post mortem, ut infra ostendetur. Quo clarius eluceat Vedanticorum doctrina, apponam Sutra libri quarti, quae hanc rem tractant. B. S. IV, 1, 13. p. 347. तदधिगम उत्तरपूर्वाघयोरश्लेषविनाशौ तद्व्यपदेशात् ॥ तद् significat Brahma; अधिगम est locativus; Sancara supplet सति. Sequentia eodem duce sic explicanda: उत्तरस्याश्लेषः पूर्वस्य विनाशः । Aphorismus igitur hoc dicit: cognitione Brahmanis comparata, sequentia peccata nos non adtingunt, praecedentia destruuntur, quia s. libri hoc edicunt. Loci qui citantur, sunt duo Chhandogyae (IV, 14; V, 24.) et Mundacae unus, quos iam adduxi. Addit Sancara अश्लेष इति वागामिषु कर्मसु कर्तृत्वमेव न प्रतिपद्यते ब्रह्मविदिति दर्शयति । अतिक्रान्तेषु यद्यपि मिथ्याज्ञानात् कर्तृत्वं प्रतिपेद इव तथापि विद्यासामर्थ्यान्मिथ्याज्ञाननिवृत्तेस्तान्यपि प्रलीयन्त इत्याह विनाश इति । पूर्वप्रसिद्धकर्तृत्वभोक्तृत्वविपरीतं हि त्रिष्वपि कालेष्वकर्तृत्वाभोक्तृत्वस्वरूपं ब्रह्माहमस्मि नेतः पूर्वमपि कर्ता भोक्ता वाहमासं नेदानीं नापि भविष्यति काले इति ब्रह्मविदवगच्छति । एवमेव च मोक्ष उपपद्यते । अन्यथा ह्यनादिकालप्रवृत्तानां कर्मणां क्षयाभावे मोक्षाभावः स्यात् । „voce *aslesha* (non coniunctio, intactus) exprimere vult: qui Brahma cognoscit, non fit

activus in futuris operibus; in praeteritis vero etiamsi propter falsam cognitionem quasi activus factus est, tamen propter relictionem falsae cognitionis per vim scientiae ea etiam pereunt; hoc sensu dixit: *vinasa* (destructio). Qui enim Brahma cognoscit, sic intelligit: ego sum Brahma, diversum ab eo, qui antea agere et frui putabatur, quod in tribus temporibus natura sua non agit, neque fruitur; non ego antehac egi et fruitus sum, neque nunc, nec futuro tempore. Hac ratione liberatio cogitari potest; alioqui enim, si nulla operum sine initio facessitorum deletio foret, nulla etiam esset liberatio." IV, 1, 14. p. 348. इतरस्याप्येवमसंश्लेषः पाते तु ॥ (इतरस्य । पुण्यस्य कर्मणः । पाते त्विति । तु शब्दोऽवधारणार्थः । एवं धर्माधर्मयोर्बन्धहेत्वोर्विद्यासामर्थ्यादश्लेषविनाशसिद्धेरवश्यं भाविनी विदुषः शरीरपाते मुक्तिरित्यवधारयति । Sanc.) h. e. etiam alterius (boni) operis sic nulla contagio est; sed in morte (is qui Brahma cognoscit, perfectam liberationem adipiscitur). Loci s. librorum non desunt, qui hanc doctrinam profitentur: e. g. उभे उ हैवैष एतेन तरति । „utrumque (bonum et malum opus) is illo transgreditur." Versus Mundacae: क्षीयन्ते चास्य कर्माणि („eiusque opera evanescunt") sine exceptione sumendus est, atque adeo in octavo Chhandogyae capite sect. 4. bona opera *peccata* nominantur, quia, ut ait Sancara (ज्ञानापेक्षया निकृष्टफलत्वात्), respectu cognitionis fructum habent vilem. — Ib. 15. p. 349. अनारब्धकार्ये एव तु पूर्वे तदवधेः ॥ h. e. ea tantummodo priora (in alia vita seu in hac ante cognitionis acquisitionem perpetrata)

bona malave opera delentur, quorum effectus nondum initium cepit, quia alioqui vita ipsa cognitione terminaretur. Priora enim opera sunt caussa huius vitae, quae si tolluntur, etiam vita tollitur. — Ib. 16. p. 350. अग्निहोत्रादि तु तत्कार्यायैव तद्दर्शनात् ॥ h. e. ignis custodia vero aliaque pia opera in Vedis praescripta (conferunt) ad effectum cognitionis, quia sic sacri libri demonstrant. — Ib. 17. अतोऽन्यापि ह्येकेषामुभयोः ॥ h. e. secundum quasdam Vedarum scholas etiam ab his diversum meritum (साधुकृत्या) utile est; (sed hoc ad ea opera pertinet, quae Brahma cognoscentem non adtingunt, ex consensu) utriusque (magistri: Jaiminis et Badarayanae). Sequitur aphorismus, quem iam supra tetigi (p. 97. fin.), in quo de operum cum cognitione coniunctorum efficacia sermo est; caput primum claudit decimus nonus: भोगेन त्वितरे क्षपयित्वा संपद्यते ॥ h. e. usura autem alteris (operibus, quorum fructus iam initium cepere) deletis, cum Brahmane unitur. Fructus nempe illorum operum est vita, quo si ex aeterna retributionis lege fruiti sumus, revertimur ad supremum numen. Mors ipsa cognoscenti est perfecta liberatio; nam quum alii pii et sapientes homines post mortem beatitudinem quidem adtingant, sed non perfectam, saltemque ad quandam e corpore migrationem cogantur (infra hanc rem paucis tractabimus), revera cognoscens in ipso mortis momento sine ullo ad Brahma itinere in Brahmane absorbetur. Sancara B. S. IV, 2, 13. p. 357. न च ब्रह्म-

विदः सर्वगतब्रह्मात्मभूतस्य प्रक्षीणाकामकर्मणा उत्क्रान्तिर्गतिर्वोपपद्यते निमित्ताभावात् । अत्र ब्रह्म समश्नुत इति चैवंजातीयकाः श्रुतयो गत्युत्क्रान्त्योरभावं सूचयन्ति । „neque in eum, qui Brahma cognoscit et Brahma omne permeans factus est, cuius desideria et opera deleta sunt, egressus (e corpore) seu migratio cadere potest, propter caussae absentiam; locique s. librorum tales: illic Brahmane fruitur etc. migrationis et egressus absentiam innuunt." Atque, ut idem demonstrat in comm. ad aph. 16., nihil remanet ex omnibus partibus, quae hominem constituunt; omnia in Brahmane solvuntur. Chhandogy. VIII, 12. एवमेवैष संप्रसादोऽस्माच्छरीरात् समुत्थाय परं ज्योतिरुपसंपद्य स्वेन रूपेणाभिनिष्पद्यते । „Sic illa anima ex hoc corpore exsurgens, supremam lumen aggressa suam formam nanciscitur;" quo in loco illud *sua forma* de supremo Brahmane intelligendum esse, demonstrat Sancara IV, 4, 1. — Locus script. ibid. aph. 4. p. 372. यथोदकं शुद्धे शुद्धमासिक्तं तादृगेव भवति एवं मुनेर्विजानत आत्मा भवति गौतम : „quomodo aqua pura in aquam puram stillata, talis fit, sic animus cognoscentis sancti fit, o Gautama." Forma autem illa sua, h. e. divina, secundum quosdam est divina omniscientia, omnipotentia etc., quam liberatus adipiscitur (Sanc. IV, 4, 5. p. 372. तथा सर्वज्ञत्वं सर्वेश्वरत्वं च तेन स्वरूपेणाभिनिष्पद्यते इति जैमिनिराचार्यो मन्यते ।; observa, a Mimansico hanc doctrinam proferri), secundum alios pura intelligentia (ib. 6. p. 373. चैतन्यमेव त्वस्यात्मनः स्वरूपमिति तन्मात्रेण स्वरूपेणाभिनिष्पत्तिर्युक्ता । तथा च श्रुतिः एवं वा अरेऽयमात्मानन्तरोऽबाह्यः कृत्स्नः प्रज्ञानघनः । „Intelligibilis vero propria huius

animi forma; talis igitur tantummodo formae adeptio admittenda; et sic scriptura ait: ita, o male, animus ille non internus est, non externus, totus massa intellectus"); et haec sine dubio est opinio vere Vedantica. Deus enim ipse, quoad omnipotens et omnisciens, extra se aliquid agnoscit et non plane liber est; quoad purus intellectus, se ipsum tantum scit et intelligit, et cum hoc intimo divinitatis mysterio cognoscentis animus iungitur, neque unquam ab eo separari potest. Haec tamen post mortem, seu in ipso mortis momento eveniunt; quaeritur, quae sit vere cognoscentis conditio, dum vivit. Liberationem ab omnibus peccatis necessario sequitur puritas intellectus, summa adversus omnia externa, quae nihil esse putantur, seclusio, laetissima unitatis (nondum unionis) cum Deo conscientia. Optime hunc animi statum descripsit Sadananda Vedantas. p. 27. अथ जीवन्मुक्तलक्षणमुच्यते । जीवन्मुक्तो नाम स्वस्वरूपाखण्डब्रह्मज्ञानेन तदज्ञानबाधनद्वारा स्वस्वरूपाखण्डब्रह्मणि साक्षात्कृते सति अज्ञानतत्कार्यसंचितकर्मसंशयविपर्ययादीनामपि बाधित्वादखिलबन्धरहितो ब्रह्मनिष्ठः । भिद्यते हृदयग्रन्थिश्छिद्यन्ते सर्वसंशयाः । क्षीयन्ते चास्य कर्माणि तस्मिन् दृष्टे परावरे इत्यादिश्रुतेश्च । अयं व्युत्थानसमये मांसशोणितमूत्रपुरीषादिभाजनेन शरीरेणान्ध्यमान्द्यापटुत्वादिभाजनेनेन्द्रियग्रामेणाशनायापिपासाशोकमोहभाजनेनान्तःकरणेन च तत्तत्पूर्वपूर्ववासनया क्रियमाणानि कर्माणि भुज्यमानानि ज्ञानाविरुद्धान्यारब्धफलानि च पश्यन्नपि बाधितत्वात् परमार्थतो न पश्यति । यथा इदमिन्द्रजालमिति ज्ञानवान् तदिन्द्रजालं पश्यन्नपि परमार्थमिति न पश्यति । सचक्षुरचक्षुरिव सकर्णोऽकर्ण इव इत्यादिश्रुतेः । उक्तं च सुषुप्तवज्जाग्रति यो न पश्यति द्वयं च पश्यन्नपि चाद्वयत्वतः तथापि कुर्वन्नपि निष्क्रियश्च यः स आत्मविन्नान्य इतीह निश्चयः । „Deinceps

definitio durante vita liberati proponitur. Durante vita liberatus est Brahma cognoscens, expeditus omnibus vinculis propter destructionem inscientiae, eius effectus, operum perpetratorum, dubitationis, perversarum opinionum etc. (विपर्ययो देहादिष्वात्माभिमानादिलक्षणः Rama - Crishna p. 128.), si Brahma, natura sua indivisum, manifestum factum est per cognitionem Brahmanis, natura sua indivisi et puri, quae incipit a Brahmanis ignorantiae destructione. Secundum locum scripturae: finditur nodus cordis, solvuntur omnes dubitationes eiusque opera evanescunt, viso supremo illo. Is etiam tempore perfectionis opera corpore ex carne, sanguine, urina, faecibus etc. composito, sensibus caecitati, tarditati et debilitati subiectis, interno organo fami, siti, dolori et delusioni obnoxio, propter hanc illamve priorem imaginationem peragi, et fructus, qui iam initium cepere, a cognitione non impeditos percipi videat, propter destructionem non realiter videt; quemadmodum, qui scit: hae sunt praestigiae, licet praestigias illas videat, tamen non sic videt, ut reales esse arbitretur; secundum locum scripturae: oculatus quasi sine oculis est, aures habens quasi sine auribus. Dictumque est (ab antiquo magistro): qui vigilat, quasi bene dormiens, neque vidit duplicitatem, seu, quamquam videt, videt simplicitate, qui agit et non activus est, is animum novit, non alius quispiam; sic statuendum." — Haec de cognitionis, quam Vedantici

promittunt, origine et fine; progrediamur autem nunc a veri sapientis effigie ad naturam Brahmanis, cuius pars ille est et ad quem revertitur, breviter describendam.

B.

Deum esse, Vedantici et nulla demonstratione egere, neque demonstrari posse putabant; subtilior enim est et altior omni humano ratiocinio; at vivit et loquitur ipse in nobis et, vel nomine eius prolato, a quovis *esse* intelligitur. Praecipuae eius qualitates una longa epithetorum serie comprehenduntur, quae saepe in libris Vedanticis invenitur: नित्यः सर्वज्ञः सर्वगतो नित्यतृप्तो नित्यशुद्धबुद्धमुक्तस्वभावो विज्ञानमानन्दं ब्रह्म Sanc. B. S. I, 1, 4. p. 8. „aeternus, omnia cognoscens, omnia permeans, semper gaudens, semper natura sua purus, rationalis et liberatus, intelligentia et felicitas est Brahma. Ib. p. 10. इदं तु पारमार्थिकं कूटस्थं नित्यं व्योमवत् सर्वव्यापि सर्वविक्रियारहितं नित्यतृप्तं निरवयवं स्वयंज्योतिःस्वभावं । यत्र धर्माधर्मौ सह कार्येण कालत्रयं च नोपावर्तते तदशरीरं मोक्षाख्यं । „Illud vero reale est, uniforme, aeternum, aetheris instar omnia penetrans, omni mutatione liberum, semper gaudens, sine membris, natura sua propria luce splendens; ubi iustum et iniustum cum eorum effectu et tria tempora locum non habent, id sine corpore est et liberatio appellatur." Sancara Schol. ad Cath. p. 64. fin. स हि परमेश्वरः सर्वगतः स्वतन्त्रः एको न तत्समोऽऽभ्यधिको

वान्योऽस्ति वशी सर्वं ह्यस्य जगद्वशे वर्तते । कुतः सर्वभूतान्तरात्मा यतः । एकमेव सदैकरसमात्मानं विशुद्धविज्ञानरूपं नामरूपाद्यशुद्धोपाधिभेदवशेन बहुधा बहुप्रकारं यः करोति । etc. „is enim supremus dominus, omnia permeans, liber et unus est; non alius est eius similis aut superior; summa voluntate praeditus, totus enim mundus eius voluntati paret; cur? quia omnium creaturarum internus animus est; qui se ipsum unum, semper unum saporem habentem, pura intelligentia insignem per divisionem delusionis impurae, quae est nomen et forma etc. multiformem facit etc." Non possum innumerabilia hic de Dei unitate, puritate etc. testimonia recensere; nam eadem semper paene iisdem verbis repetuntur, ut, si unum nosti, omnia noveris. Praecipue gravis est hic Cathacae locus: अन्यत्र धर्मादन्यत्राधर्मादन्यत्रास्मात् कृताकृतात् । अन्यत्र भूताच्च भव्याच्च यत् तत्पश्यसि तद्वद । सर्वे वेदा यत् पदमामनन्ति तपांसि सर्वाणि च यद्वदन्ति । यदिच्छन्तो ब्रह्मचर्यं चरन्ति तत्ते पदं संग्रहेण ब्रवीम्योमित्येतत् । एतद्ध्येवाक्षरं ब्रह्म एतद्ध्येवाक्षरं परं । एतद्ध्येवाक्षरं ज्ञात्वा यो यदिच्छति तस्य तत् । „Diversum ab iusto, diversum ab iniusto, diversum ab hoc facto et non facto; diversum a praeterito et a futuro quod vides, id mihi dic. Quem locum omnes Vedae praedicant, et quo omnes poenitentiae tendunt, quem desiderantes officia discipulorum exercent, illum tibi locum breviter dico: est *om.* Haec enim syllaba (vox *axara* proprie significat indelebile, indivisum, ideoque saepissime etiam de Brahmane usurpatur; deinde vero notat: *syllaba* et solemne est nomen sanctissimae illius syllabae: *om*) Brahma, haec

enim syllaba summum; hanc syllabam qui cognoscit, quidvis cupit, adipiscitur.“ Et paucis interpositis: अणोरणीयान्महतो महीयानात्मास्य जन्तोर्निहितो गुहायां । तमक्रतुः पश्यति वीतशोको धातुः प्रसादान्महिमानमात्मनः । आसीनो दूरं व्रजति शयानो याति सर्वतः । „Subtilior subtili, maior magno animus depositus in caverna (corde) illius creaturae; videt qui sine cupiditate est, a dolore liberatus, gratia creatoris (sic explicandum esse censeo, contra Sancaram) illam magnitudinem animi. Sedens procul abit, iacens ubicunque it.“ Mysticum itaque summi illius numinis nomen est: *om*, quod ipsum totus mundus appellatur (ओंकार एवेदं सर्वं । locus script. ap. Sanc. B. S. I, 3, 10. p. 72.); varios autem Upanishadum lusus in hoc monosyllabo ad suorum dogmatum sensum exprimendum hic referre piget. Natura huius Dei est summa intelligentia. Sanc. B. S I, 1, 5. p. 19. सवितृप्रकाशवत् ब्रह्मणो ज्ञानस्वरूपनित्यत्वेन ज्ञानसाधनापेक्षानुपपत्तेः । „quia propter aeternam Brahmanis intelligentiae essentiam (quemadmodum lux est essentia solis) nullus admitti potest ad alia intelligentiae adminicula respectus.“ Neque comparatur solum infinita intelligentia cum lumine, sed ipsa lumen esse dicitur Sancara B. S. I, 1, 24. p. 37. तथा सति ब्रह्मणोऽपि चैतन्यस्वरूपस्य समस्तजगदवभासहेतुत्वादुपपन्नो ज्योतिः शब्दः । „sic, etiamsi Brahma natura sua intelligens est, tamen vox lumen in eum quadrat, ut in caussam illustrationis totius mundi.“ Locus script. ap, eund. III, 2, 16. स यथा सैन्धवघनोऽनन्तरोऽबाह्यः कृत्स्नो रसघन एवैवं वा अरेऽयमात्माऽनन्तरोऽबाह्यः कृत्स्नः प्रज्ञानघन एव । „Quemadmodum massa salis non

interna, non externa, tota saporis massa est, sic etiam animus ille non internus non externus, totus est massa intelligentiae." Summa vero haec intelligentia per eminentiam *ens* appellatur (cf. Rama-Crishna ad Vedantas. p. 2. Brahma vero non eo sensu *ens* appellatur, quo omnia sunt, quae in mundo videmus; immo si vox *esse* communi sensu sumitur, Vedantici Brahma *non esse* dicunt, *esse* vero *κατ' ἐξοχήν*. Taittiriyacum (Anandavalli) ap. Sancar. B. S. I, 4, 15. p. 114. असन्नेव स भवति असद्ब्रह्मेति वेद चेत्। अस्ति ब्रह्मेति चेद्वेद सन्तमेनं ततो विदुः। „is non ens fit, si Brahma non esse scit; si Brahma esse scit, eum entem existimant;" et paullo post: असद्वा इदमग्र आसीत्। „non ens hoc in initio fuit;" cuius loci sensum non intellexit Chhandogyae scriptor, ut infra videbimus. Sancara l. c. p. 115. तस्मान्नामरूपव्याकृतवस्तुविषयः प्रायेण सच्छब्दः प्रसिद्ध इति तद्व्याकरणाभावापेक्षया प्रागुत्पत्तेः सदेव ब्रह्मासदिवासीत्। „quare, quia vox *esse* plerumque res nomine et forma mutatas significat, respectu absentiae eius mutationis ante originem mundi *ens* Brahma quasi *non ens* fuit") et infinitam felicitatem in se continet. Taittiriyacum (Anandavalli) ap. Sanc. B. S. I. 1, 12. p. 25. रसं ह्येवायं लब्ध्वानन्दीभवति। को ह्येवान्यात् कः प्राण्याद्यदेष आकाश आनन्दो न स्यादेष ह्येवानन्दयाति। सैषानन्दस्य मीमांसा भवति। एतमानन्दमयमात्मानमुपसंक्रामति आनन्दं ब्रह्मणो विद्वान् न बिभेति कुतश्चन। „saporem ille nactus felix fit; quis enim halaret et spiraret, nisi ille felix aether (h. e. Deus) existeret, namque is beat; haec illa est felicis investigatio; ad animum istum felicem pervenit felicitatem Brah-

manis sciens et non timet ab aliquo.“ Coniunguntur hae tres essendi, cogitandi (seu lucendi) et felicitatis notiones uno composito: सच्चिदानन्दः, quod supra (p. 21.) explicui. Aliud cognomen Brahmanis est भूमा (magnus), de quo sic Chhandogya (VII, 23. sqq.): यो वै भूमा तत्सुखं नाल्पे सुखमस्ति भूमैव सुखं भूमा त्वेव विजिज्ञासितव्य इति भूमानं भगवो विजिज्ञास इति । यत्र नान्यत् पश्यति नान्यच्छृणोति नान्यद्विजानाति स भूमाथ यत्रान्यत् पश्यत्यन्यच्छृणोत्यन्यद्विजानाति तदल्पं यो वै भूमा तदमृतमथ यदल्पं तन्मर्त्यं स भगवः कस्मिन् प्रतिष्ठित इति स्वे महिम्नि यदि वा न महिम्नीति गोअश्वमिह महिमेत्याचक्षते हस्तिहिरण्यं दासभार्यं क्षेत्राण्यायतनानीति नाहमेवं ब्रवीमीति होवाचान्यो ह्यन्यस्मिन् प्रतिष्ठित इति । स एवाधस्तात् स उपरिष्टात् स पश्चात् स पुरस्तात् स दक्षिणतः स उत्तरतः स एवेदं सर्वं । „Qui magnus, ea felicitas; non in parvo felicitas est; magnus felicitas est; magnus vero cognosci debet; magnum (ait Narada), vir venerabilis, cognoscere cupio. Ubi non aliud videt (homo), non aliud audit, non aliud cognoscit, is magnus; ubi vero aliud videt, aliud audit, aliud cognoscit, id parvum. Qui magnus est, is immortalis; quod vero parvum, id mortale. Is, o venerabilis, in quo commoratur? In sua magnitudine, aut non in magnitudine. Boves et equos hic (in mundo) magnitudinem appellant, elephantes et aurum, mancipia et uxores magnaque praedia; non ego sic dico, inquit, alius enim in alio commoratur. Is infra est, is supra est, is a tergo et a facie est, is a dextra et a sinistra est, is omne hoc est (गोअश्वं memorabile compositum, quod non mutandum esse duxi. हस्तिहिरण्यं scripsi e coniectura; Cod. हस्तिहरिण्यं, quod ni-

hil est. Cf. Cath. p. 3, l. 9. शतायुषः पुत्रपौत्रान् वृणीष्व बहून् पशून् हस्तिहिरण्यमश्वान् । भूमेर्महदायतनं वृणीष्व । आयतन hic adiectivum esse videtur. Post नाहमेवं praebet Codex: ब्रवीमि ब्रवीमीति ह होवाच । in quo dittographia neminem latere potest. Hunc Chhandogyae locum fuse explicat Sancara B. S. I, 3, 8. p. 68.).“ Id dicere vult Sanatcumara, ex cuius colloquio eum Narada haec sumta sunt, nulla terrena mensura Deum indagari posse, esse quidem magnum, esse ubique, sed non ea ratione, qua res transeuntes magnae sunt. Nihilominus hoc ens purissimum et sua tantum magnitudine mensurandum mundi caussam et substantiam esse docent Vedantici. Sanc. B. S. I, 1, 10. p. 23. आत्मनः कारणत्वं दर्शयन्ति सर्वे वेदान्ताः । — महच्च प्रामाण्यकारणमेतद्वेदान्तवाक्यानां चेतनकारणत्वे समानगतित्वं चक्षुरादीनामिव रूपादिषु । „animum caussam mundi esse, omnes loci s. l. ostendunt; magnumque illud habet ad demonstrandam veritatem pondus, quod omnes loci de caussa intelligenti consentiunt, quomodo oculus etc. in forma etc.“ Svetasvatara - Upan. ap. Sanc. ib. 11. स कारणं करणाधिपाधिपो न चास्य कश्चिज्जनिता न चाधिपः । „is caussa est; instrumentorum et dominorum dominus, neque ullus est eius generator aut dominus.“ Hoc Dei dominium variis rationibus describitur; sic eum internum totius naturae rectorem appellant et nutu suo omnia regere dicunt, ut docet Yajnavalcya in Vrihadaranyaco c. V. Interrogatus enim, quis sit ille: य इमं च लोकं परं च लोकं सर्वाणि च भूतान्यन्तरो यमयति । („qui hunc mundum alterumque et omnes creaturas interne coer-

ceat;“ Sanc. B. S. I, 2, 18. p. 54. Oupnek'h. I, p. 195.) respondet: यः पृथिव्यां तिष्ठन् पृथिव्या अन्तरो यं पृथिवी न वेद यस्य पृथिवी शरीरं यः पृथिवीमन्तरो यमयत्येष त आत्मान्तर्याम्यमृतः। „qui in terra stans a terra diversus est, quem terra non cognovit, cuius corpus terra est, qui terram interne coercet, is tuus animus est, internus coercitor, immortalis.“ Idem deinceps de aqua, igne, aethere, vento et sole praedicatur, verbis parum immutatis; e. g. de sole: य आदित्ये तिष्ठन्नादित्यादन्तरो यमादित्यो न वेद यस्यादित्यः शरीरं य आदित्यमन्तरो यमयत्येष त आत्मान्तर्याम्यमृतः। (Sanc. B. S. I, 1, 21. p. 32, l. 11. Oupn. I, p. 198.) „qui in sole stans a sole diversus est, quem sol non cognovit, cuius corpus sol est, qui solem interne coercet, is animus tuus est, internus coercitor, immortalis.“ Etiam in Vedis, in sacrificio, in spiritu, in animo humano supremum numen habitare et coercitoris munere fungi eadem semper formula repetita affirmatur; cf. Oupnek'h. p. 199 — 201. Deo parent omnes creaturae. Vrihadarany. ap. Sanc. B. S. I, 3, 11. p. 72. एतस्य वा अक्षरस्य प्रशासने गार्गि सूर्याचन्द्रमसौ विधृतौ तिष्ठतः „eius indelebilis iussu, o Gargi, sol et luna stant correpti.“ Cath. p. 11, l. 19. भयादस्याग्निस्तपति भयात् तपति सूर्यः। भयादिन्द्रश्च वायुश्च मृत्युर्धावति पञ्चमः। „timore eius ignis ardet, timore ardet sol, timore Indra et ventus et deus mortis quintus currit.“ Substantialem vero caussam Brahma esse, iam e secundo aphorismo elucet: जन्माद्यस्य यत इति। „e quo origo, conservatio et destructio huius mundi, id Brahma;“ namque vox जन्म Deum non creatorem, sed

generatorem mundi facit. Taittiriyacum (Bhriguvalli) ap. Sancara B. S. I, 1, 2. p. 6. भृगुर्वै वारुणिर्वरुणं पितरमुपससार अधीहि भगवो ब्रह्म । — यतो वा इमानि भूतानि जायन्ते येन जातानि जीवन्ति यत्प्रयन्त्यभिसंविशन्ति तद्विजिज्ञासस्व तद् ब्रह्म । „Bhrigus Varunides ad Varunam, patrem suum, accessit. Doce me, o venerabilis, Brahma. — E quo hae creaturae nascuntur, quo natae vivunt, quo eunt et merguntur, id cognoscere desidera, id Brahma.“ Sic aliis locis Deus totius mundi fundamentum perhibetur, aliis sator omnium universi animalium, quae brevitatis caussa omitto; cf. Colebr. Transact. II, p. 14.; As. Res. VIII, p. 425. sq. Instar omnium esse potest hic Chhandogyae locus, petitus e capite sexto sect. 1 — 4. Cf. Oupnek'h. I, p. 50. sqq. ओं हरिः ओं । श्वेतकेतुर्हारुणेय (1) आस । तं (2) ह पितोवाच श्वेतकेतो वस ब्रह्मचर्यं न वै सोम्यास्मत्कुलीनोऽननूच्य ब्रह्मबन्धुरिव भवतीति । स ह द्वादशवर्ष उपेत्य चतुर्विंशतिवर्षः सर्वान् वेदानधीत्य महामना अनूचानमानी स्तब्ध एयाय । तं ह पितोवाच श्वेतकेतो यन्नु (3) सोम्येदं महामना अनूचानमानी स्तब्धोऽस्युत तमादेशमप्राक्ष्यो (4) येनाश्रुतं श्रुतं भवत्यमतं

---

1) हारुणेये । Cod. male. 2) Semel moneo, in Chhandogyae MS. ante श् ष् स् र् ह् pro anusvara necessario signum in Vedis usitatum positum esse: ꣳ. Cf. Lassen. Ind. Bibl. III., 1. p. 40. Wilkins Gramm. 46., qui nescio quam ob caussam श् omisit. 3) Cf. Mund. p. 1, l. 8. कस्मिन्नु ubi Sanc. schol. p. 4, l. 5.: नु इति वितर्के । hinc ortum etiam ननु; cf. graecum *νύν*. Observa paullo post उत sensu interrogativo, sed in secundo membro. 4) Sic Cod. Vedantas. p. 24, l. 6., ubi hic locus citatur, praebet अप्राक्षो, ut etiam Sanc. B. S. I, 4, 23. p. 123., quae forma mihi dubiosa esse videtur; esset enim aperta pri-

मतमविज्ञातं विज्ञातमिति । कथं नु भगवः स आदेशो भवतीति । यथा सोम्यैकेन (5) मृत्पिण्डेन सर्वं मृन्मयं विज्ञातं स्याद्वाचारम्भणं विकारो नामधेयं मृत्तिकेत्येव सत्यं यथा सोम्यैकेन लोहमणिना (6) सर्वं लोहमयं विज्ञातं स्याद्वाचारम्भणं विकारो नामधेयं लोहमित्येव सत्यं यथा सोम्यैकेन नखनिकृन्तनेन सर्वं कार्ष्णायसं विज्ञातं स्याद्वाचारम्भणं विकारो नामधेयं कृष्णायसमित्येव सत्यमेवं सोम्य स आदेशो भवतीति । न वै नूनं भगवन्तस्त एतदवेदिषुर्यद्ध्येतदवेदिष्यन् कथं मे नावक्ष्यन्निति भगवांस्त्वेव मे तद् ब्रवीत्विति । तथा सोम्येति होवाच ॥ १ ॥ सदेव सोम्येदमग्र आसीदेकमेवाद्वितीयं तद्धैक आहुरसदेवेदमग्र आसीदेकमेवाद्वितीयं तस्मादसतः सज्जायते (7) कुतस्तु खलु सोम्यैवं स्यादिति होवाच कथमसतः सज्जायेतेति सत् त्वेव सोम्येदमग्र आसीदेकमद्वितीयं । तदैक्षत बहुः स्यां प्रजायेयेति (8) तत् तेजोऽसृजत (9) । तत् तेज ऐक्षत बहुः स्यां प्रजायेयेति तदपोऽसृजत् तस्माद्यत्र क्व च (10) शोचति स्वेदते (11) वा पुरुषस्तेजस एव तदध्यापो जायन्ते । ता आप ऐक्षन्त (12) बह्व्यः स्याम प्रजायेमहीति ता अन्नमसृजन्त तस्माद्यत्र क्व च

---

mae et secundae formationis confusio; fortasse tamen librarius voluit अप्रच्यो, quod mihi excusari posse videtur e Panine III, 3, 152., ut alio loco demonstrabo. 5) Cod. सौम्यै°, sed deleta deinceps secunda diphthongi lineola; postea semper: सोम्यै°, ut etiam alibi. Habet tamen सौम्यै° etiam Vedantas. l. c., quod usitatius est. 6) लोहं significat metallum in universum; मणि, quod additum est, rem pretiosam; quare recte Anquetilius per: aurum vertisse videtur. 7) Cod. जायत; nescio, an augmentum unquam simpliciter omitti possit. 8) Taittiriyacum (Anandavalli; Oupnekh. II, p. 333.) ap. Sanc. B. S. I, 1, 16. p. 27. सोऽकामयत बहुः स्यां प्रजायेयेति स तपोऽतप्यत स तपस्तप्त्वा इदं सर्वमसृजत यदिदं किंच । 9) Utrumque genus in hoc verbo admittitur; Mund. p. 1, l. 16. सृजते. 10) Cf. supra p. 74. 11) Etiam *sudandi* sensu स्विद् primam classem sequitur, ut recte annotavit Wilsonus; corrigendus hinc Rosenius s. v. 12) Cod. एक्षन्त et paullo post स्यां aperto errore.

वर्षति तदेव भूयिष्ठमन्नं भवत्यद्भ्य एव तदध्यन्नाद्यं जायते ॥ २ ॥ तेषां खल्वेषां भूतानां त्रीण्येव बीजानि भवन्त्याण्डजं (१३) जीवजमुद्भिज्जमिति । सेयं देवतैक्षत (१४) हन्ताहमिमास्तिस्रो देवता अनेन जीवेनात्मनानुप्रविश्य नामरूपे करवाणीति (१५) । तासां त्रिवृतं (१६) त्रिवृतमेकैकां करवाणीति । सेयं देवतेमास्तिस्रो देवता अनेनैव जीवेनात्मनानुप्रविश्य नामरूपे व्याकरोत् तासां त्रिवृतं त्रिवृतमेकैकामकरोद्यथा नु खलु सोम्येमास्तिस्रो देवतास्त्रिवृत् त्रिवृदेकैका भवति तन्मे विजानीहीति ॥ ३ ॥ यदग्ने रोहितं रूपं तेजसस्तद्रूपं यच्छुक्लं तदपां यत् कृष्णं तदन्नस्यापागादग्नेरग्नित्वं वाचारम्भणं विकारो नामधेयं त्रीणि रूपाणीत्येव सत्यं यदादित्यस्य रोहितं रूपं तेजसस्तद्रूपं यच्छुक्लं तदपां यत् कृष्णं तदन्नस्यापागादादित्यादादित्यत्वं वाचारम्भणं विकारो नामधेयं त्रीणि रूपाणीत्येव सत्यं यच्चन्द्रमसो रोहितं रूपं तेजसस्तद्रूपं यच्छुक्लं तदपां यत् कृष्णं तदन्नस्यापागाच्चन्द्राच्चन्द्रत्वं वाचारम्भणं विकारो नामधेयं त्रीणि रूपाणीत्येव सत्यं यद्विद्युतो रोहितं रूपं तेजसस्तद्रूपं यच्छुक्लं तदपां यत् कृष्णं तदन्नस्यापागाद्विद्युतो विद्युत्त्वं वाचारम्भणं विकारो नामधेयं त्रीणि रूपाणीत्येव सत्यं । एतद्ध स्म वैतद्विद्वांस आहुः पूर्वे महाशाला (१७) महाश्रोत्रिया न नोऽद्य (१८) कश्चनाश्रुतममतमविज्ञातमुदाहरिष्यतीति ह्येभ्यो विदां चक्रुर्यदु रोहितमिवाभूदिति तेजसस्तद्रूपमिति तद्विदां चक्रुर्यदु शुक्लमिवाभूदित्यपां रूपमिति तद्विदां चक्रुर्यदु कृष्णमिवाभूदित्यन्नस्य रूपमिति तद्विदां चक्रुर्यद्वाविज्ञातमिवाभूदित्येतासामेव देवतानां समास इति तद्विदां चक्रुर्यथा नु खलु सोम्येमास्तिस्रो देवताः पुरुषं प्राप्य त्रिवृत् त्रिवृदेकैका भवति तन्मे विजानीहीति ॥ ४ ॥ „Svetacetus erat e familia Arunidarum; eum

---

13) Cf. supra p. 21.; de re Colebr. Trans. II, p. 36. Vedantasar. p. 12. 14) Cod. तेक्षत. 15) Sanc. B. S. I, 1, 6, p. 20. 4, 15. p. 115. et alibi: व्याकरवाणीति. 16) Cod. hic et in seq. habet: तृवृत्, quod cum तृतीय comparandum esset; sed quum postea sect. 4. त्रिवृत् praebeat, id ubique recepi. Sic etiam Sanc. B. S. I, 1, 24. p. 35. 17) महाशालो महागृहस्थः Sanc. schol. ad Mund. p. 3, l. 18. cf. Chhand. V, 11. 18) Cod. नोय.

pater allocutus est: Svetacetus exerce officia discipuli, non enim est aliquis in nostra familia, o bone, qui non perlectis libris sacris pro Brahmana haberetur. Is duodecim annos natus ad magistrum venit; viginti quatuor annos natus, perlectis omnibus Vedis superbus seque ipsum perdoctum existimans stulta arrogantia ad patrem accessit. Cui pater: cur tandem, o bone, inquit, superbus teque ipsum perdoctum ratus arrogans es? Anne illam notionem (magistros) interrogasti, qua non auditum auditum fit, non cogitatum cogitatum, non intellectum intellectum? Quomodo vero est illa notio, o venerabilis, inquit. Quemadmodum, o bone, uno argillae globo omne argillaceum cognitum est, verboque tantum effecta et nomen mutatio, re vera tamen argilla sola est; quemadmodum, o bone, uno aureo ornamento omne aureum cognitum est, verboque tantum effecta et nomen mutatio, re vera tamen aurum solum est; quemadmodum, o bone, uno cultello ad secandos ungues omne ferreum cognitum est verboque tantum effecta et nomen mutatio, re vera tamen ferrum solum est, sic, o bone, illa etiam notio est. Venerabiles illi viri, respondit Svetacetus, illud non sciverunt; quod si enim scivissent, cur mihi non dixissent? Tu vero, o venerabilis, mihi illud dicas. Dicam, o bone, respondit. Ens quidem, o bone, hoc in initio fuit, unum, sine secundo; nonnulli vero aiunt: non ens quidem hoc initio fuit, unum sine secundo; ex eo non ente ens nascitur. Quo-

modo autem, o bone, inquit, hoc ita esse potest? Qua ratione ex non ente ens nasceretur? Immo: ens quidem, o bone, hoc in initio fuit, unum sine secundo; id desiderabat: utinam multiplex sim et generem; id lumen creavit; hoc lumen desiderabat: utinam multiplex sim et generem; id aquas creavit; hinc quandocunque homo queritur aut sudat, tum aquae e lumine oriuntur. Hae aquae desiderabant: utinam multiplices simus et generemus; hae nutrimentum (terram, solidum) creaverunt; hinc quandocunque pluit, tum plurimum nutrimentum est; ex aquis enim nutrimentum oritur. Harum creaturarum tria sunt semina; prognatum ex ovo, e vivente et e germine. Divinum illud numen desiderabat: age dum in tria illa numina animo vivente intrans nomen formamque producam; unumquodque eorum triplex faciam. Numen illud haec tria numina animo vivente intrans nomen formamque produxit et unumquodque triplex fecit. Cognosce vero a me, o bone, quomodo unumquodque horum trium numinum triplex fiat. Qui est ignis ruber color, is luminis color est, qui albus, is aquarum, qui niger, is nutrimenti; abiit ignitas (sit venia verbo!) ab igne, verboque tantum effecta et nomen mutatio est; re vera tamen tres colores soli sunt. Qui est solis ruber color, is luminis color est, qui albus, is aquarum, qui niger, is nutrimenti; abiit solitas a sole verboque tantum effecta et nomen mutatio est; re vera tamen tres colores soli sunt. Qui

est lunae ruber color, is luminis color est, qui albus, is aquarum, qui niger, is nutrimenti; abiit lunitas a luna verboque tantum effecta et nomen mutatio est, re vera tamen tres colores soli sunt. Qui est fulguris ruber color, is luminis color est, qui albus, is aquarum, qui niger, is nutrimenti; abiit fulguritas a fulgure, verboque tantum effecta et nomen mutatio est, re vera tamen tres colores soli sunt. Hanc ob caussam dixerunt priores sapientes, magni patresfamilias et magni doctores: non profecto nobis nunc aliquis pronunciet quidquam non auditum, non cogitatum, non intellectum. Sciverunt enim ex illis numinibus; si quid nempe quasi rubrum esset, sciverunt illud: hic luminis color est; si quid quasi album esset, sciverunt illud: hic aquarum color est; si quid quasi nigrum esset, sciverunt illud: hic nutrimenti color est; aut si quid non cognitum esset, sciverunt illud: haec illorum numinum coniunctio est. Quomodo vero, o bone, haec tria numina, hominem ingressa triplicia fiunt, hoc a me disce.“ In tribus sequentibus sectionibus humani corporis ratio ad haec tria elementa exponitur; omitto reliqua, iam praeoccupata a Colebrookio (Trans. II, p. 24 fin.); teneamus id solum, mentem (मनः) nutrimento respondere eoque nutriri, spirationem aquis, vocem lumini. — Tria autem in loco illo praecipue observanda sunt: primo in Deo creandi desiderium oriri, deinde creationem verbis effici, tertio Deum esse tam efficientem,

quam substantialem mundi caussam. 1) Dei desiderium est quodammodo sapientiae defectus, sed transsiliunt hanc difficultatem Vedantici semperque idem dogma, quasi per se demonstratum sit, confidenter repetunt. Aitareya-Aranyacum ap. Sanc. B. S. I, 1, 5. p. 18. et 4, 14. p. 113. आत्मा वा इदमेकमेवाग्र आसीन्नान्यत् किंचनमिषत् (?) स ऐक्षत लोकान्नु सृजा इति स इमाँल्लोकानसृजताम्भो मरीचिर्मरमापः „animus profecto hoc unum in initio fuit, non aliud quidquam. Is vero desiderabat: mundos *) creabo; is hos mundos cre-

*) In variis Upanishadum locis variae inveniuntur cosmogoniae, quod magnam praebuit Vedanticis difficultatem. Audiamus, quomodo se expediat Sancara B. S. I, 4, 14. p. 113. „In variis Vedantae locis alia creatio percipitur propter diversitatem ordinis aliarumque rerum; hoc enim loco: *ex animo aether ortus* creatio ab aethere initium cepisse commemoratur, alio a lumine: *id lumen creavit*, alio a spiritu: *is spiritum creavit, spiritu fidem*; alio denique origo mundorum sine ordinis mentione commemoratur: *is hos mundos creavit, aethereum, lucidum, mortalem, aquosum*. Rursus alio loco non ens creationem praecessisse dicitur: *non ens hoc in initio fuit, ex eo ens ortum est*; et: *non ens hoc in initio fuit; ens fuit; id verum erat:* alio vero loco ad refellendam de non ente opinionem ens creationem praecessisse contenditur; praemissis enim his verbis: *nonnulli vero aiunt: non ens quidem hoc in initio fuit*, haec sequuntur: *quomodo autem, o bone, inquit, hoc ita esse potest? Qua ratione ex non ente ens nasceretur? immo ens quidem, o bone, hoc in initio fuit.*" Alio loco mutatio mundi per se ipsam efficiens pronunciatur: *Hoc omne non mutatum erat; mutabatur nomine et forma.* — Etiamsi vero varii Vedantae loci de creatis: aethere etc. quoad ordinem etc. non concinant, concinunt ta-

avit: aethereum, lucidum, mortalem, aquosum." Alius locus ibid. स ईक्षां चक्रे प्राणमसृजत । „Is desiderium fecit, is spiritum creavit (notandum est,

---

men quoad creatorem. Cur? Quia semper talis esse dicitur, qualis semel descriptus est. Qualis enim in uno loco ut caussa mundi descriptus est: omnia sciens, omnium dominus, omnium animus, sine secundo, talis etiam in ceteris locis describitur." De prima igitur caussa omnes s. l. locos consentire ait, esse tantum in evolutione mundi diversitatem, quae aut vera interpretatione removeri possit, aut nihili facienda sit, quia ordo evolutionis nil refert ad finem hominis assequendum. Differentiam illam de ente et non ente quomodo solvant nostri, supra vidimus. Ad singulorum locorum contradictionem solvendam revertitur Sancara B. S. II, 3, 1. sqq. In loco Chhandogyae nempe, quem praemisi, creatio incipit a lumine, medio quinque elementorum; aether et ventus non nominantur; in Taittiriyaco vero sic legitur: ex animo illo aether ortus, ex aethere ventus. Utrumque sic conciliandum, ut Chhandogyam e Taittiriyaco suppleri posse dicatur. Miror magistros Indicos diversitatem illam non sic excusasse, ut aetherem h. e. spatium necessario a Deo ante reliqua creatum esse contenderent; aether praeterea qualitatem soni habet, verbum autem creationem praecessit. Ventum etiam ante lumen creari debuisse, sic potuissent demonstrare: desiderium illud Dei est motus ad extra; primus autem motus in aethere est ventus, ergo ventus est ipsum illud Dei desiderium. Facit ad hanc explicationem primo, quod स्पर्शः (tactus) qualitas venti etiam passionem significat, deinde, quod apud Buddhistas quoque creatio a vento incipit; cf. Baur Religionsyst. der Manich. p. 438. De reliquis tribus elementis omnes Upanishadum loci consentiunt; terra enim etiam alimentum nominatur; cf. Sanc B. S. II, 3, 12.

radices इष् et ईक्ष् inter se permutari, seu potius easdem esse, unde etiam explicari potest, quod supra p. 67. tetigi, ऐक्षत; posset quidem esse aoristus sec. form. ab इष्, sed nunc in eam potius sententiam inclino, ut imperfectum ab ईक्ष् mutuatum existimem)." Dicit quidem Sancara B. S. II, 1, 32. p. 153. यदीयमपि प्रवृत्तिश्चेतनस्य परमात्मन आत्मप्रयोजनोपयोगिनी परिकल्प्येत परितृप्तत्वं परमात्मनः श्रूयमाणं बाध्येत प्रयोजनाभावे वा प्रवृत्त्यभावोऽपि स्यात्। „quodsi haec intelligentis summi animi activitas in se ipso caussam habere diceretur, contenta supremi animi quies, in s. libris praedicata, tolleretur, seu si nulla caussa est, etiam nulla activitas esse posset:" sed Deum nullam externam caussam respicere contendit, mundumque quasi per lusum progignere; hanc mundi productionem autem pertinere ad naturam (स्वभावः) Dei et sine externis adiumentis effici. Sanc. B. S. II, 3, 13. p. 199. स एव परमेश्वरस्तेन तेनात्मनावतिष्ठमानोऽभिध्यायंस्तं तं विकारं सृजति। „is summus dominus hoc illove animo (ipso) existens et meditans hanc illamve mutationem creat." 2) Creationem a verbis initium capere copiose docet Sancara B. S. I, 3, 28. p. 86.; sed non possum obscurum locum illum hic illustrare, quare paucis contenti simus वैदिकाच्छब्दाद् देवादिकं जगत् प्रभवति। „ex verbo Vedico mundus, qui a diis incipit, oritur." Locus script. ap. eund. p. 87. एत इति वै प्रजापतिर्देवानसृजतासृग्रमिति मनुष्यानिन्दव इति पितॄंस्तिरःपवित्रमिति ग्रहानाशव इति स्तोत्रं विश्वानीति शस्त्रमभिसौभगेत्यन्याः प्रजाः। Nominantur hic verba, quibus dii, homines, reliqua producta fuerint, sed ea aeni-

gmata sunt, aliis fortasse magis perspicua; solum इन्दवः (lunae), quod sanctorum patrum productionem praecesserit, mihi intelligere videor; solemnis est enim lunae cum patribus coniunctio; nam luna est nectaris sedes piarumque umbrarum domicilium. Locus script. ibid. स भूरिति व्याहरन् भूमिमसृजत । „is *bhur* dicens, terram creavit;" ubi addit Sancara: भूरादिशब्देभ्य एव मनसि प्रादुर्भूतेभ्यो भूरादिलोकान् प्रादुर्भूतान् सृष्टान् दर्शयति । „ex vocibus *bhur* etc., quae in mente manifestantur, terram caeterosque mundos manifestos, creatos demonstrat scriptura." 3) Substantiam mundi Deum esse ex hoc loco duas ob caussas concludi potest, primo quia semper de generatione sermo est, non de creatione proprio sensu; deinde propter exempla, quae afferuntur; namque ut argilla omnium rerum argillacearum substantia et origo est, sic Deus omnium creaturarum. Saepissime in Upanishadibus hoc de mundi cum Brahmane consubstantialitate dogma variisque imaginibus expressum est, quarum potiores breviter recenseam. Ac primo quidem Brahma ipsum cum igne comparatur, cuius scintillae sunt creaturae. Mund. p. 3, l. 13. तदेतत्सत्यं यथा सुदीप्तात् पावकाद्विस्फुलिङ्गाः सहस्रशः प्रभवन्ते सरूपाः तथाक्षराद्विविधाः सोम्य भावाः प्रजायन्ते तत्र चैवापियन्ति । „hoc profecto verum est; quomodo ex igne bene ardente mille scintillae prodeunt eadem natura praeditae, sic ex indelebili diversae, o bone, creaturae nascuntur atque in illud revertuntur (सरूपाः h. e. ut Sancara interpretatur: अग्निसलक्षणाः. Cf. locum simillimum ap. Sanc.

B. S. I, 1, 10. p. 23. यथाग्नेर्ज्वलतः सर्वा दिशो विस्फुलिङ्गा विप्रतिष्ठेरन्नेवमेवैतस्मादात्मनः सर्वे प्राणा यथायतनं प्रतिष्ठन्ते प्राणेभ्यो देवा देवेभ्यो लोकाः । (quem infra explicabo).“ दिव्यो ह्यमूर्तः पुरुषः सबाह्याभ्यन्तरो ह्यजः । अप्राणो ह्यमनाः शुभ्रो ह्यक्षरात् परतः परः । „coclestis est enim sine forma vir, exteriora et interiora permeans, non natus; sine spiritu enim est et sine mente, purus et supremo indelebili superior. (Discernit magister primum illum indelebilem, e quo totus mundus manavit a supremo, qui ab omni deceptionis forma liber est).“ एतस्माज्जायते प्राणो मनः सर्वेन्द्रियाणि च खं वायुर्ज्योतिरापः पृथिवी विश्वस्य धारिणी । अग्निर्मूर्द्धा चक्षुषी चन्द्रसूर्यौ दिशः श्रोत्रे वाग्विवृताश्च वेदाः । वायुः प्राणो हृदयं विश्वमस्य पद्भ्यां पृथिवी ह्येष सर्वभूतान्तरात्मा । „ex illo nascitur spiritus, mens et omnes sensus; coelum, ventus, lux, aqua et terra rerum omnium portatrix; caput eius ignis est, oculi sol et luna, caeli plagae aures, vox aperti Vedae; ventus eius spiritus est, cor universum, a pedibus eius terra; is enim internus omnium creaturarum animus est (सर्वभूतान्तरात्मा est constans Dei nomen in Upanishadibus. Cath. p. 11, l. 3. एकस्तथा सर्वभूतान्तरात्मा न लिप्यते लोकदुःखेन बाह्यः । Habemus autem hic pulcram macrocosmi descriptionem, quae saepjus apud Indos occurrit. Sic in Chhandogya suprcmus animus वैश्वानरः (proprie: ad omnes viros pertinens; vocis sensum explanat Bhagavadgita XV, 14.; est quippe calor naturalis, qui omnia penetrat, fovet et nutrit) appellatur; huius autem animi vivificantis forma illic fere eodem modo describitur, quo nostro loco; cf. Colebrooke As. Res. VIII, p. 446.

Nam caput Vaisvanarae coelum dicitur, ventus spiritus, aether truncus, aqua venter, terra pedes. Alibi totum universum cum equo divino comparatur; cf. Vrihadaranyaci initium ap. Othm. Frank. Vyasa I, 1. p. 51.). Enumerantur deinde in Mundaca varia rerum genera, quae e divino numine oriunda sunt; in fine capitis haec leguntur: अतः समुद्रा गिरयश्च सर्वेऽस्मात् स्यन्दन्ते सिन्धवः सर्वरूपाः । अतश्च सर्वा ओषधयो रसश्च येनैष भूतैस्तिष्ठते ह्यन्तरात्मा । पुरुष एवेदं विश्वं कर्म तपो ब्रह्म परामृतं । एतद्यो वेद निहितं गुहायां सोऽविद्याग्रन्थिं विकिरतीह सोम्य ॥ „hinc maria montesque omnes, hinc fluvii manant omniformes, hinc omnes plantae et sapor, quia ille in omnibus creaturis stat internus animus. Vir est hoc universum, actio, poenitentia, summumque Brahma; qui hoc novit depositum in caverna, is inscientiae nodos hic dissolvit, o bone.“ Habemus igitur duplex hic symbolum: ignem, e quo omnia procedunt, et macrocosmum. Rudior de Deo, rerum omnium substantia, opinio est ea, quae Brahma quadripartitum facit. Rigveda ap. Sanc. B. S. II, 3, 44. p. 217. पादोऽस्य सर्वभूतानि त्रिपादस्यामृतं दिवि । „quarta eius pars omnes creaturae sunt, tres reliquae sunt immortales in coelo.“ Pertinet huc etiam Chhandogyae locus e quarto capite (sect. 4—9.), ubi Satyacamam, Jabalae filium, mirifica ratione institui videmus. Quum enim ei a magistro id munus delegatum esset, ut gregem pascendo augeret, necopinantem eum bos alloquitur: ब्रह्मणश्च ते पादं ब्रवाणीति ब्रवीतु मे भगवानिति । तस्मै होवाच प्राची दिक्कला प्रतीची दिक्कला दक्षिणा दिक्कलोदीची दिक्कलैष वै सोम्य

चतुष्कलः पादो ब्रह्मणः प्रकाशवान्नाम । „quartamque Brahmanis partem tibi dicere volo; dicas mihi, o venerabilis. Cui ille: orientalis plaga una particula est et occidentalis plaga; australis plaga una particula est et borealis; haec est quarta pars Brahmanis, o bone, e quatuor particulis composita, eique manifestae nomen est.“ Sic postero die ab igne audit, secundum Brahmanis quadrantem e terra, atmosphaera, coelo et mari compositum esse et infinitum nominari; ad tertium quadrantem ignis, sol, luna et fulgur pertinent, lucidusque appellatur; quartus denique spiritum, oculum, aurem et mentem amplectitur; nomen eius: spatiosus. Sedecim igitur sunt Brahmanis particulae, sicut alio Chhandogyae loco (cap. VI, 7.) homo sedecim partes habere dicitur (षोडशकलः सोम्य पुरुषः). Ad significandam mundi e Deo generationem Vedantici saepissime araneae imagine utuntur. Mund. p. 1, l. 16. यथोर्णनाभिः सृजते गृह्णते च यथा पृथिव्यामोषधयः संभवन्ति ॥ यथा सतः पुरुषात् केशलोमानि तथाक्षरात् संभवतीह विश्वं । „quemadmodum aranea emittit (fila) et retrahit, quemadmodum in terra herbae crescunt, quemadmodum ex homine ente crines et ungues, sic ex indelebili nascitur universum.“ Vedantas. p. 7, l. 16. शक्तिद्वयवदज्ञानोपहितं चैतन्यं स्वप्रधानतया निमित्तं स्वोपाधिप्रधानतयोपदानं च भवति । यथा लूता तन्तुकार्यं प्रति स्वप्रधानतया निमित्तं स्वशरीरप्रधानतयोपदानं च भवति । „Animus ignorantia secundum duas facultates tectus sua ipsius natura caussa efficiens, sui obtentus natura caussa materialis est; quemadmodum aranea respectu telae facien-

dae sua natura caussa efficiens, corporis sui natura caussa materialis est." Alibi totus mundus cum textura comparatur, cuius stamen et textor Deus ipse est; cf. Colebrooke As. Res. VIII, p. 394. Vrihadaranyacum ap. Sanc. B. S. I, 3, 10. p. 72. कस्मिन्नु खल्वाकाश ओतश्च प्रोतश्चेति स होवाचैतद्वै तदक्षरं गार्गि ब्राह्मणा अभिवदन्त्यस्थूलमनणु । „in quo tandem aether textus et sutus est? Ille dixit: indelebile illud, o Gargi, quod Brahmanae neque crassum neque subtile appellant." Deum autem, qui hac ratione totius mundi substantia est, ideo Upanishades modo aetherem, modo lumen, modo ventum, modo spiritum vitalem, modo calorem naturalem appellant, non quo eius potentia tali comparatione minuatur, sed quo eum quidvis magnum et vivens esse demonstretur. Sic Deus est aureus ille vir, qui in sole conspicitur. Chhandogy. I, 6. य एषोऽन्तरादित्ये हिरण्मयः पुरुषो दृश्यते हिरण्यश्मश्रुर्हिरण्यकेश आप्रणखात् सर्व एव सुवर्णस्तस्य यथा कप्यासं पुण्डरीकमेवमक्षिणी तस्योदिति नाम । „Vir ille, qui in sole conspicitur, aureus, auream barbam habens, aureos crines, ad ungues usque totus aurum; oculi eius quasi nymphaea sunt, nomenque eius oriens *) (Interpretatus est hunc locum Sancara B. S. I, 1, 20. p. 30. sqq.)." Totam hanc de Deo, mundi creatore et substantia doctrinam, ex Upanishadibus derivatam, paucis aphorismis comprehendit Sutrorum scriptor, a Sancara fuse explicatis, in quibus ob rei gravitatem nonnihil more-

*) En tibi Christum et splenditenentem Manichaeorum.

mur: B. S. I, 4, 23 p. 122. Aphorismus: *Et substantia, quia sic propositio et exempla non impediuntur.* Comm. „Supra dictum est: quemadmodum leges ideo cognoscere debeamus, quia externae felicitatis caussa sint, sic Brahma cognoscendum esse, ut caussam perpetuae beatitudinis; quod Brahma sic definitum est: e quo huius mundi origo (conservatio et destructio). Quum autem haec definitio et in caussam materialem (ut argilla et aurum sunt caussae materiales ollarum et armillarum) et in caussam efficientem (ut figulus et aurifex sunt caussae efficientes) quadret, oritur dubitatio, cuius generis sit Brahmanis caussalitas. (Ad quod sic proceditur:) Tantummodo caussa efficiens videri possit; quamobrem? quia in sacris libris desiderium eius activitatem praecessisse dicitur, ut in hoc similibusque locis: is desideravit et spiritum creavit. Activitas autem, cui desiderium praecedit, in caussis efficientibus (figulis etc.) conspicitur, et in vita quotidiana ea negotia ad finem perduci videmus, in quibus plura agentia praecedunt. Eadem ratio etiam in primum factorem conferenda est, eam ob caussam, quod dominus esse perhibetur; omnes enim domini (ut rex Vaivasvat, alii) tantum caussae efficientes sunt, unde etiam supremi domini caussalitas efficiens redundat. Quum vero hic mundus, effectus actionis, membris praeditus, insensilis et impurus sit, etiam caussa eiusmodi esse debet, propter aequabilitatem effectus et caussae. Brahma vero non ut

impurum etc. definitur, propter locos s. l.: sine fructu (operum), sine mutatione, sine peccatis, sine fraude etc. Propter differentiam alia materialis caussa a Brahmane diversa, impura etc. in libris idoneae auctoritatis exhibita, a nobis ponenda est, quia loci s. l. de caussalitate Brahmanis tantum de caussa efficiente valent. (Conclusio:) Minime vero. Brahma et *substantia* h. e. caussa materialis habendum est, et caussa efficiens, non solum caussa efficiens. Cur? quia propositio (प्रतिज्ञा cf. Colebr. Transact. I, p. 116.) et exempla, quae in loco s. l. inveniuntur, sic non impediuntur. Propositio sic: locus s. l. hic est: *anne illam notionem interrogasti (magistros), qua non auditum auditum fit, non cogitatum cogitatum, non intellectum intellectum?* quo loco unum intelligendo omnia reliqua, etiamsi non intellecta, intellecta fieri affirmatur; haec autem omnium reliquorum cognitio in cognitione caussae materialis locum habet, quia effectus nihil ab ea differt, a caussa efficiente vero diversus est; ut e. g. faber tignarius a tecto. Etiam exempla ad eam rem demonstrandam faciunt; sic in hoc loco: *quemadmodum uno argillae globo omne argillaceum cognitum est, verboque tantum effecta et nomen mutatio, re vera tamen argilla sola est*; exemplum caussam materialem respicit, ut etiam in sequentibus: *quemadmodum uno aureo ornamento omne aureum cognitum est*; et: *quemadmodum uno cultello ad secandos ungues omne ferreum cognitum est.*

Ita etiam alio loco hac propositione praemissa: *quo tandem cognito, o venerabilis, omne hoc cognitum fit*, sequitur hoc exemplum: *quemadmodum in terra herbae crescunt* etc. et alibi praemissis hisce: *animo revera viso, audito, cogitato, cognito omne hoc intellectum fit*, hoc exemplum invenitur: *quemadmodum pulsati tympani externos sonos nemo capere potest, sed quum tympanum capit aut eum, qui tympanum pulsat, etiam sonus capitur.* Sic in singulis Vedorum locis propositio et exempla probant caussalitatem materialem. Etiam quintus casus: *e quo* (cf. p. 133. fin.) in hoc s. l. loco: *e quo hae creaturae nascuntur* innuit originem h. e. caussam materialem; nam qui aliquid gignit, eius origo est. Caussalitas autem efficiens e defectu alius rectoris concludi debet; non enim, ut in vita quotidiana argilla, aurum et aliae caussae materiales solum figulis, aurificibus aliisque rectoribus adhibitis aliquid proficiunt, ea ratione etiam Brahmani, quod caussa materialis est, alius rector adhibendus est; quia ante originem mundi solum et sine secundo fuisse dicitur. Alium rectorem non esse, id quoque arguit, quod sic tantum propositio et exempla non impediuntur; si enim alius rector, a caussa materiali diversus, poneretur, propositio et exempla sibi non constarent, quia tum non e cognitione unius omnium cognitio oriretur; quare propter alius rectoris defectum animi caussalitas efficiens, et propter alius materiae defectum caussalitas ma-

terialis cognoscitur, quod in sequentibus aliis etiam argumentis probat. — Sutr. 24. *Et propter mentionem considerationis.* Comm. Etiam considerationis mentio animi caussalitatem efficientem et materialem demonstrat; in his enim locis: *is cupiit: utinam multiplex sim et generem* et: *id desiderabat* ex libera actione, cui consideratio praecessit, caussalitas efficiens redundat; e vocibus: utinam multiplex sim, quia consideratio illa multiplicitatis ad supremum animum pertinet, caussalitas materialis sequitur. — Sutr. 25. *Et propter manifestam utriusque commemorationem.* Comm. Pergit de caussalitate materiali loqui. Eam quoque ob rem Brahma substantia mundi, quia manifeste, Brahmane ut caussa posito, utrumque, origo et destructio commemoratur: *omnes profecto hae creaturae ex aethere oriuntur et in aethere occasum eunt*; e quo enim aliquid oritur et in quo dissolvitur, id pro eius caussa materiali habetur, quomodo terra est caussa oryzae et hordei. Voce *manifestam* significat, aliam caussam materialem poni non posse propter verba: ex aethere. Occasus quoque eius, quod effectum est, nonnisi in caussa materiali conspicitur. Sutr. 26. *Quia se ipsum facit per transformationem.* Comm. Eam quoque ob rem Brahma substantia mundi, quod scriptura in loco, qui de Brahmane agit, hisce verbis: *id ipsum se ipsum fecit* animum ut passivum et activum ostendit; vocibus: *se ipsum* ut passivum, vocibus: *ipsum fecit* activum. Quomodo

vero eius antea demonstrati entis, quod activum est, passivitas probari potest? Respondemus: per transformationem. Antea demonstratus ens animus se ipsum mutatione transformavit. Transformatio per mutationem etiam in argilla et reliquis caussis materialibus percipitur. Addita autem voce *ipsum* aliam caussam efficientem non respici significatur.“ Hactenus Vedanticorum placita de origine et substantia mundi; iam videamus, quibus argumentis reliquae scholae eorum auctoritatem infringere conatae sint et quomodo a nostris defendantur. Obiectiones contra caussalitatem materialem sunt potissimum hae: Brahma e Vedanticorum opinione est unum, vivens, purum, rationale etc.; quomodo igitur mundus multiplex, vita carens, impurus, irrationalis ex eo proficisci potest? Respondent, e Brahmane mundum vita carentem oriri posse, ut crines vita carentes ex homine vivente (B. S. II, 1, 6.). Instant adversarii: duo in mundo distinguuntur: is, qui fruitur, et id, quo fruitur; si autem omne Brahma esse ponimus, haec distinctio evanescit. Respondet Sancara B. S. II, 1, 13.): तथा हि समुद्रादुदकात्मनोऽनन्यत्वेऽपि तद्विकाराणां फेनवीचीतरङ्गबुद्बुदादीनामितरेतरविभाग इतरेतरसंश्लेषादिलक्षणाश्च व्यवहार उपलभ्यते न च समुद्रादुदकात्मनोऽनन्यत्वेऽपि तद्विकाराणां फेनतरङ्गादीनामितरेतरभावापत्तिर्भवति न चैषामितरेतरभावानुपपत्तावपि समुद्रात्मनोऽन्यत्वं भवति । एवमिहापि न च भोक्तृभोग्ययोरितरेतरभावापत्तिर्न च परस्माद् ब्रह्मणोऽन्यत्वमिति भविष्यति । „Sic enim etiamsi maris mutationes: spuma, unda, fluctus, bullae, a mari, quod natura sua aqua est, non diversae sint, per-

cipitur tamen distinctio earum a se invicem et activitas, quae in reciproca earum coniunctione etc. constat, neque vero, etiamsi a mari non diversae sint, mutationes illae una alterius conditionem adipiscuntur, neque diversitas a maris natura sequitur, si suas invicem conditiones non adipiscuntur; eadem ratione etiam hic is, qui fruitur, et id, quo fruitur, suam invicem conditionem non adipiscuntur, neque vero a summo Brahmane diversi sunt.“ Validissimum autem contra omnes has obiectiones praesidium Vedantici ex Idealismo suo petierunt. Totum enim hunc mundum eiusque activitatem non realem esse putabant, reale solum supremum numen, caetera omnia umbram a delusione formatam, quae evanescat, si veram cognitionem acquiramus. Huius doctrinae multa testimonia proferre, vix opus est, quum vel indiligenti lectori sponte occurrant; attamen duo vel tria hic recenseamus. Sancara B. S. II, 1, 14. sic disputat, ut primo e loco Chhandogyae, quem supra descripsi, veram mundi substantiam Deum et mutationem non realem, sed tantum verbis effectam esse demonstret (totus igitur mundus est flatus vocis; a verbo initium cepit, verbum illud e desiderio ortum, desiderium ignorantia est, quam e Deo suo nunquam removere poterunt Vedantici). Quaerit deinde, num fortasse distingui possit inter Brahma unum et inter Brahma multiplicitate praeditum, sicut inter arborem eiusque ràmos, ita ut utrumque reale esse ponatur atque ex unius co-

gnitione liberatio, e multiplicis scientia operum perpetratio sequatur. Sed ab hoc realismo abhorrent Vedantici: prorsus falsa ea cognitio est, quae aliquid a Brahmane diversum esse statuit, et pugnant contra eam omnes s. librorum loci. Deinde haec profert: nonne, si absoluta unitas ponitur, propter multiplicitatis defectum omnia communia demonstrandi genera e perceptione sensuum etc. tolluntur? nonne tolluntur leges, quae differentiam respiciunt, nonne etiam ipsa Vedantae expositio, quae inter magistrum et discipulum distinguit? nempe propter hunc errorem falsa est, ergo etiam unitas, quam docet. Haec obiectio sic solvitur: omnia haec tantummodo ante verae cognitionis acquisitionem locum et veritatem quandam habent, ut somnia antequam expergefactus fueris. Remanet tamen magna difficultas, veram Brahmanis naturam Vedanta doceri non posse, quia tantum veritatem habeat relativam. Attamen, ut qui in somno se ab angui vulneratum seu aqua lotum esse putat, si surgit, effectum quidem illum errore productum esse intelligit, perceptionem ipsam autem negare non potest, sic doctrina Vedantica, etiamsi ante veram cognitionem adhuc magistrum a discipulo distinguat, ipsa tamen reiici non potest. Unitatis vero cum Brahmane perceptio summum est, quo pervenire possumus; qua consecuta, nulla remanet distinctio. Sed ne transformationi quidem Brahmanis ullam realitatis speciem tribuere volunt Vedantici; quippe nomen et forma,

quae quasi naturam omniscientis domini assumunt et per ignorantiam posita, neque sic neque aliter esse dici possunt, semen evolutionis aeterni gyri, sunt facultas decipiens omniscientis domini et in sacris libris aliisque magnae auctoritatis procreatrix (origo: प्रकृतिः) appellantur; ab his diversus est omnisciens dominus. Est dominus, qui gaudet delusione per nomen et formam, quae ignorantia producuntur, quemadmodum spatium (aether) gaudet delusione per ollam (ut nempe quasi divisum appareat, etiamsi unum sit); et is dominus singulos animos activos facit; domini regimen, omniscientia et omnipotentia sunt solum respectu huius divisionis per ignorantiam, realiter in purissimo illo animo nulla activitas esse potest. Haec Sancara. Admittunt igitur existentiam quidem relativam, dum ignorantia in nobis dominatur, eaque tantum ratione sensibus etc. aliquid tribuunt; nostrum tamen est realitatis illam umbram destruere et vera forma uniri. Haec autem delusio mundi saepissime cum eo errore comparatur, quo aliquis funem serpentem esse existimat magnoque terrore impletur (Sanc. B. S. II, 1, 14. p. 140. Vedantasar. p. 4.), aut cum imagine aquarum, quae sitientes in deserto decipit (Sanc. ad Cath. p. 48, l. 5.), aut cum apparente solis mobilitate etc. in aqua (Sanc. B. S. III, 2, 18. sqq. p. 261. fin.). His exemplis adversarii id obiecerunt: non quadrare ea in Brahma, quia ibi nullum erroris quasi substratum sit; quibus ineptissime respon-

dent Vedantici, exemplum cum eo, cuius imago sit, nunquam plane congruere posse; necessario autem ad tales ineptias delabi oportuit eos, qui sacrorum suorum librorum divinam auctoritatem sine demonstratione admittant, immo veram demonstrationem ex iis solum peti posse contendant; quodsi enim se aliquid illinc idoneis testimoniis probare posse putabant, etiam in debilissimis e sola comparatione argumentis acquiescebant. Quid vero, si ipsae Upanishades in natura Brahmanis describenda sibi non constant? Modo enim Deus omnia opera, omnia desideria perficere dicitur, quadripartitus seu sedecim membris praeditus nominatur, modo neque subtilis neque crassus, omnique forma liberatus (Sanc. B. S. III, 2, 12. p. 259.). Prima descriptio, aiunt nostri, pertinet ad Brahma per ignorantiam mutatum, secunda ad purum et immutabile. Sanc. ad Cenesh. p. 20. l. 10. अनेकानि हि नामरूपोपाधिकृतानि ब्रह्मणो रूपाणि न स्वतः स्वतस्तु अशब्दमस्पर्शमरूपमव्ययं । „multae enim sunt per nominis et formae delusionem factae Brahmanis figurae, non per se ipsum; per se ipsum vero sine sono, sine tactu, sine forma, immutabile." Formae illae mutabiles et non reales ideo tantum in sacris libris nominantur, ut paullatim animus noster a rebus externis abstrahatur et ad summum numen, etiamsi nondum vera ratione intellectum, convertatur. Sanc. B. S. I, 1, 11. p. 24. „Duplici forma praeditum Brahma intelligitur, distinctum delusione divisionis per mutationem formae et nominis fa-

ctae, eiusque contrarium ab omni delusione liberum. Ubi enim quasi duplicitas est, tum alius alium videt; ubi vero omne huius animus est, tum qua ratione aliquem videat? Ubi non aliud videt, non aliud audit, non aliud intelligit, is magnus; ubi vero aliud videt, aliud audit, aliud intelligit, id parvum; qui magnus est, is immortalis, quod vero parvum, id mortale. — Sic mille loci demonstrant duplicem Brahmanis formam e divisione cognitionis et ignorantiae. Quamdiu ignorantia durat, omnis activitas in Brahmane colendo versatur; nonnullae Brahmanis colendi rationes externam felicitatem quaerunt, nonnullae liberationem a praeceptis Vedarum, nonnullae operum prosperitatem, eaeque divisae sunt per divisionem delusionis diversarum qualitatum. Etiamsi vero unus summus animus his illisve diversis qualitatibus insignis colendus sit, tamen fructus diversi sunt respectu eius qualitatis, quae colitur: propter locos scripturae: *illum quomodocunque colit, id fit;* et: *quale est hominis sacrificium in hoc mundo, talis fit, si hinc abiit.* Sic unum Brahma respectu delusionis seu abiecta omni delusione aut ad colendum aut ad cognoscendum in locis Vedantae describitur.“ In vera igitur cognitione nulla Brahmanis divisio esse potest; admittunt tamen Vedantici regionem ignorantiae cum realitate relativa, in qua Brahma sub variis formis colitur, ipsique libri sacri nonnunquam in talibus ludunt, sed ita, ut veram Brahmanis natu-

ram alibi manifeste describant. Sed remanet alia obiectio: si vera cognitio nihil praeter Brahma esse demonstrat, is, qui eam adipiscitur, necessario in Brahma converti debet neque ullam rem exteriorem percipere potest. Respondent Vedantici: quaemadmodum qui in somno rem horridam viderit, etiamsi expergefactus eam non realem esse cognoscat, tamen ipsam perceptionem negare non potest et aliquamdiu timorem sentit, sic, qui Brahma cognovit, prioris ignorantiae effectum nondum plane abiicit, eo finito autem cum Brahmane unitur. Res externae vero, quo crassior in eis ignorantia est, eo crassiores sunt, et tantum, si ipsae ad cognitionem perducuntur, evanescunt, non si alius quispiam (cf. Sanc. B' S. III, 2, 21, p. 264.). — Brahma efficientem mundi caussam non esse, hoc potissimum argumento evincere student Vedanticorum adversarii: in mundo inaequabilem percipimus fortunae distributionem; ergo eius caussa iniusta esset, quod vos de Brahmane dicere non vultis (Sanc. B. S. II, 1, 34. sqq.); contra hoc nostri Deum respicere aiunt cuiusvis opera et secundum ea felices aut infelices facere homines; sine initio autem esse hanc creationem, et sic nunquam opera non fuisse. Alio tamen loco (III, 2, 41.) ipse Deus operum et fructus caussa perhibetur; utrumque sic conciliari potest: Deus libera voluntate (quae tamen ignorantia est) se ipsum transformat et multiplicitatis speciem induit; hac ratione ipse omnium operum caussa

est, et, quia hoc mutationis desiderium sempiternum est, etiam creationem sempiternam esse sequitur (tantum relative igitur de initio sermo esse potest); effecta autem multiplicitate singulorum opera per ignorantiam perpetrata variarum conditionum caussa sunt; cognitione vero haec caussa destruitur; omne quippe delusio et phantasma est, Brahma solum vere est. Sufficiant haec de Brahmanis essentia atque de mundi origine; iam transeundum ad humanam naturam describendam.

C.

Hominis naturam praeclare adumbrat hic Cathacae locus (p. 7.): ऋतं पिबन्तौ स्वकृतस्य (Sanc. B. S. I, 2, 11. p. 49. सुकृतस्य) लोके गुहां प्रविष्टौ परमे परार्द्धे । छायातपौ ब्रह्मविदो वदन्ति पञ्चाग्नयो ये च त्रिणाचिकेताः ॥ — (et paucis interpositis:) आत्मानं रथिनं विद्धि शरीरं रथमेव तु । बुद्धिं तु सारथिं विद्धि मनः प्रग्रहमेव च ॥ इन्द्रियाणि हयानाहुर्विषयांस्तेषु गोचरान् । आत्मेन्द्रियमनोयुक्तं भोक्तेत्याहुर्मनीषिणः ॥ यस्त्वविज्ञानवान् भवत्ययुक्तेन मनसा सदा । तस्येन्द्रियाण्यवश्यानि दुष्टाश्वा इव सारथेः ॥ यस्तु विज्ञानवान् भवति युक्तेन मनसा सदा । तस्येन्द्रियाणि वश्यानि सदश्वा इव सारथेः ॥ „Duos verum (h. e. mercedem) bibentes operum suorum in mundo, cavernam ingressos in loco supremo et excellentissimo umbram et lumen vocant Brahma scientes, qui quinque ignes habent et tria sacrificia. — Animum currus dominum esse scito, corpus vero currum; rationem scito

esse aurigam, mentem habenam; sensus equos appellant, obiecta eorum viam; coniunctionem animi, sensuum et mentis sapientes appellant fruentem. Qui vero non intelligit et semper ineptam mentem habet, eius sensus non obedientes sunt quasi mali equi aurigae; qui vero intelligit et placidam semper mentem habet, eius sensus obedientes sunt quasi boni equi aurigae." Haec singulatim exponenda. Principalis hominis pars est supremi animi scintilla, propria luce splendens, quae tamen relative tantum scintilla appellatur, quum potius totum Brahma sit; deinde cum ea coniunctus animus vivens (जीवः, क्षेत्रज्ञः, संसारी, विज्ञानात्मा etc.), luminis illius quasi umbra. Ambo ingressi sunt in cavernam, h. e. ut a Sancara schol. p. 41. fin. et B. S. l. c. edocemur, in rationem seu in aetherem cordis. Hoc de Deo in Upanishadibus saepissime affirmatur: commorari eum in corde humano. Loc. scr. ap. Sanc. B. S. I, 2, 11. p. 50. परमे व्योमन् आत्मानमन्विछ गुहां प्रविष्टं । „in summo aethere quaere animum in cavernam ingressum." Ut autem sunt Indi ad imagines proclives, etiam hoc dogma variis symbolis exornaverunt. Cath. p. 9, l. 13. अंगुष्ठमात्रः पुरुषो मध्य आत्मनि तिष्ठति । ईशानो भूतभव्यस्य न ततो विजुगुप्सते ॥ एतद्वै तत् । अंगुष्ठमात्रः पुरुषो ज्योतिरिव अधूमकः । ईशानो भूतभव्यस्य स एवाद्य स उ श्वः ॥ „vir magnitudine pollicis praeditus in medio animo stat, dominus praeteriti et futuri; hinc non timet. Hoc revera illud est. Vir magnitudine pollicis praeditus luci sine fumo similis est, dominus praeteriti et fu-

turi; is hodie est et cras erit (explicat h. l. Sancara B. S. I, 3, 24. p. 83., qui citat episodium de Savitri V, 16.)." Parvitas autem illa tantum respectu cordis humani est, non realis. Alibi Vaisvanara, quem calorem nutrientem esse vidimus, quique in omnibus hominibus habitat, spithamam longus esse dicitur; cf. Chhandogy. V, 18. Colebrooke As. Res. VIII, p. 449. Pulcram intimi animi humani quasi sacrarii descriptionem exhibet Chhandogya in initio capitis octavi (cf. Anquetil Oupnek'h. I, p. 79.): ओं । अथ यदिदमस्मिन् ब्रह्मपुरे दहरं पुण्डरीकं वेश्म दहरोऽस्मिन्नन्तराकाशस्तस्मिन् यदन्तस्तदन्वेष्टव्यं तद्वाव विजिज्ञासितव्यमिति । तं चेद् ब्रूयुर्यदिदमस्मिन् ब्रह्मपुरे दहरं पुण्डरीकं वेश्म दहरोऽस्मिन्नन्तराकाशः किं तदत्र विद्यते यदन्वेष्टव्यमिति स ब्रूयाद्यावान् वा अयमाकाशस्तावानेषोऽन्तर्हृदय आकाश उभे अस्मिन् द्यावापृथिवी अन्तरेव समाहिते उभावग्निश्च वायुश्च सूर्याचन्द्रमसावुभौ विद्युन्नक्षत्राणि यच्चास्येहास्ति यच्च नास्ति सर्वं तदस्मिन् समाहितमिति । तं चेद् ब्रूयुरस्मिंश्चेदिदं ब्रह्मपुरे सर्वं समाहितं सर्वाणि च भूतानि सर्वे च कामा यदैनज्जराप्नोति प्रध्वंसते वा किं ततोऽतिशिष्यत इति । स ब्रूयान्नास्य जरयैतज्जीर्यति न वधेनास्य हन्यत एतत् सत्यं ब्रह्मपुरमस्मिन् कामाः समाहिता एष आत्मापहतपाप्मा विजरो विमृत्युर्विशोको विजिघत्सोऽपिपासः सत्यकामः सत्यसंकल्पः । „quae deinde in illa Brahmanis urbe parva nymphaea mansio est, in eius medio parvus aether est, in eo quid sit, id inquirendum et cognoscendum est. Huic si quis diceret: quae in illa Brahmanis urbe parva nymphaea mansio est, in eius medio parvus aether; quid illic est, quod inquirendum sit? is respondeat: quantus aether externus est, tantus ille aether in medio cordis; utrumque in illo positum: coelum et terra, utrumque: ignis et ventus, utrum-

que: sol et luna, fulgur et sidera, et quod illius hic est et quod non est, omne in illo positum. Huic si quis diceret: quodsi in hac Brahmanis urbe omne positum esset, omnes creaturae omniaque desideria, quid reliquum foret, si senectus illam attingeret aut si concideret? is respondeat: non illud corporis senectute senescit, non eius nece necatur; vera est Brahmanis urbs; in ea omnia desideria posita; is animus est sine peccatis, sine senectute, sine morte, sine moerore, sine fame et siti, verus in desideriis, verus in voluntate.“ Copiose hunc locum tractavit Sancara B. S. I, 3, 14 — 22. p. 74., cuius praecipuas observationes hic delibemus. Quaeritur primo, utrum aether, de quo hic sermo est, sit elementum, an vivens animus, an summum numen; quia enim corpus humanum Brahmanis urbs nominatur (cf. Cath. p. 10, l. 2. पुरमेकादशद्वारमजस्यावक्रचेतसः । „urbs undecim portis instructa aeterni et puri animi,“ quae de corpore intelligenda esse docet Sancara schol. p. 59, l. 4.), nonnemo animum viventem in Chhandogya significari coniicere possit. At elementum hic intelligi non potest, quia, ut ait Sancara p. 75, l. 16. आत्मत्वमपहतपाप्मत्वादयश्च गुणा न भूताकाशे संभवन्ति । „qualitates animi, puritatis a peccatis etc. in aethere non inveniuntur.“ In animum viventem quadrat quidem vox आत्मा, sed neque a peccatis neque a senio et morte liber est. Restat igitur, ut parvus ille aether Brahma sit, quod in homine commoratur. Revera sic esse, elucet etiam

ex efficacia, quae cognitioni parvi aetheris tribuitur, in omnes enim mundos paullo post in Chhandogya is migrare posse dicitur, qui ea polleat; cf. Sanc. p. 76, l. 3. Brahma autem aetherem appellari, multis locis Upanishadum probari potest. Animi vero viventis et supremi numinis inter se rationem sic exponit Sancara (p. 79.): „summum illud lumen, ad quod perveniendum esse s. libri dicunt, summum Brahma est, praeditum libertate a peccatis caeterisque qualitatibus; atque haec est realis viventis animi forma (ut e locis s. l., qualis est ille: *hoc tu es*, apparet), non alia per delusionem posita. Quamdiu enim vivens animus humanae rationi propriam, duplicitate praeditam ignorantiam non reiiciens, firmum illum et semper videntem animum non adipiscitur, ita ut dicere possit: *ego Brahma sum*, tamdiu durat viventis animi status. Si vero egressus e corporis, sensuum, mentis et rationis complexu, qui duplicitate praeditus est, sacris libris admonetur: tu non es huius mundi mutationibus subiectus, immo verum illud, animus ille, qui pura intelligentia est, tunc demum firmo et semper vidente animo cognito, ex hoc corpore egressus in animum illum convertitur, ut apparet ex huiusmodi s. l. locis: *is, qui supremum Brahma scit, Brahma fit.*"
Quomodo vero nativum illud et divinum lumen in nobis oblitterari potest? auri quidem fulgor aliis rebus impeditur, quibus remotis in propriam suam formam revertitur, sidera, a solis splendore obscu-

rata, noctu luce sua fulgent; nulla autem ratione divinum illud lumen extingui seu obscurari potest, quippe quod omnia lumina superet. Contra haec Sancara nostrum animum ideo cum lumine illo non uniri ait, quia nondum vera sapientia imbuti simus, lumen ipsum nullo modo diminui, sed nos discernenti cognitione indigere, ut eius radios percipiamus; एवं मिथ्याज्ञानकृत एव जीवपरमेश्वरयोर्भेदो न वस्तुतः । Sanc. p. 80. „sic divisio viventem animum inter et supremum dominum falsa cognitione effecta est, non reapse.“ Id. p. 81. „ideo forma viventis animi, quae non realis est atque per ignorantiam tantum posita, agendi, fruendi, cupiditatis et odii vitiis obnoxia multisque cum malis coniuncta, ignorantiae destructione contrariam, divinam, liberam ab omnibus peccatis formam cognitione adipiscitur, ut serpentis destructione funis apparet. Alii autem philosophi nonnullique adeo inter nostros formam viventis animi realem esse opinantur; ad horum omnium refutationem, qui veram de animi unitate doctrinam oppugnant, hic liber compositus est; unus est supremus dominus, aeternus, uniformis, intelligentiae origo, qui decipiente ignorantia multiplex fit etc.“ Hic autem Deus, qui maior est omni re, respectu cordis, in quo habitat, parvus esse dicitur; cf. Sanc. p. 82. Plane eandem doctrinam exprimit Mundaca p. 5, l. 12. यः सर्वज्ञः सर्वविद्यस्यैष महिमा भुवि दिव्ये ब्रह्मपुरे ह्येष व्योम्न्यात्मा प्रतिष्ठितः । „qui omnia intelligit et omnia scit, cuius magnitudo illa in terra est, is animus

in coelesti urbe Brahmanis in aethere habitat.“ ब्रह्मपुरं a Sancara Schol. p. 31. init. per हृदयपुण्डरीकं explicatur; alibi urbs Brahmanis गुहा vocatur, ut Cath. l. c. et Mund. p. 4, l. 16. Chhandogy. III, 14. सर्वं खल्विदं ब्रह्म तज्जलानिति शान्त उपासीताथ खलु क्रतुमयः पुरुषो यथाक्रतुरस्मिँल्लोके पुरुषो भवति तथेतः प्रेत्य भवति स क्रतुं कुर्वीत मनोमयः प्राणशरीरो भारूपः सत्यसंकल्प आकाशात्मा सर्वकर्मा सर्वकामः सर्वगन्धः सर्वरसः सर्वमिदमभ्यात्तो ऽवाक्यनादर एष म आत्मान्तर्हृदये ऽणीयान् व्रीहेर्वा यवाद्वा सर्षपाद्वा श्यामाकाद्वा श्यामाकतण्डुलाद्वैष म आत्मान्तर्हृदये ज्यायान् पृथिव्या ज्यायानन्तरिक्षाज्ज्यायान् दिवो ज्यायानेभ्यो लोकेभ्यः । „Omne hoc Brahma est, ex eo nascitur, in eo solvitur et spirat; sic venerare illud quieto animo. Homo profecto sacrificii sui naturam habet; quale est eius sacrificium in hoc mundo, talis fit, si hinc abiit; is sacrificium (meditationem) faciat: mentalis, spiritus corpore inclusus, lucidus, verus in voluntate sua, aethereus, omnia opera perficiens, omnibus desideriis, omnibus odoribus et gustibus praeditus, omne hoc penetrans, sine voce et sine admiratione, is animus meus in corde meo habitat subtilior grano oryzae vel hordei vel sinapis vel panici frumentacei, vel grano eiusdem panici purgati; is animus meus in corde prior (maior) est terra, prior atmosphaera, prior coelo, prior his mundis.“ (Disputat de hoc loco Sancara B. S. I, 2, 1 — 8. p. 44. sqq. Vox तज्जलान् est composita e तत् et tribus affixis क्विप्: ज, ल, अन्, ut quidem explicat Sancara l. c. et scholiis ad h. l. Chhand. MS. East India Comp. libr. Sanscr. MS. 1656. fol. 46., quae benigne descripsit rogatus a me Rose-

nius. — क्रतुर्निश्चयोऽध्यवसायः । Sanc. schol. — *spiritus corpore praeditus;* assumit quippe supremus animus formam illam aeriam spiritus eaque externe agit. — अभ्यातोऽभिव्याप्तोऽतितेर्व्याप्त्यर्थस्य । Sanc. schol. — अवाकी cf. supra p. 56. अनादरोऽसंभ्रमो । Sanc. schol. — तण्डुलाद्वा cod. Lond.; cod. Bohl. sine sensu: मण्डुलाद्वा). Sed non solum in corde habitare, etiam in oculo Brahma conspici dicitur. Chhandogy. I, 7. अथ य एषोऽक्षिणि पुरुषो दृश्यते सैवर्क्तत् साम तदुक्थं तद्यजुस्तद् ब्रह्म । „deinde vir ille, qui in oculo conspicitur, is Rich est, is Saman, is Uctham, is Yajus, is Brahma.“ Ib. IV, 15. य एषोऽक्षिणि पुरुषो दृश्यत एष आत्मेति होवाचैतदमृतमभयमेतद् ब्रह्मेति तद्यद्यप्यस्मिन् सर्पिर्वोदकं वा सिंचन्ति वर्त्मनी एव गच्छति । „vir ille, qui in oculo conspicitur, is animus, inquit, id immortale, impavidum, id Brahma; quodsi etiam in illum butyrum liquidum aut aquam stillent, proficiscitur in palpebras.“ Primam huius loci partem repetit eadem Chhandogya VIII, 7. Alibi deus inter supercilia et narem sedere dicitur (ibi nempe in ecstasi lux quaedam splendet); Jabala-Upan. ap. Sanc. B. S. I, 2, 32. p. 65. य एषोऽनन्तोऽव्यक्त आत्मा सोऽविमुक्ते प्रतिष्ठित इति । सोऽविमुक्तः कस्मिन् प्रतिष्ठित इति । वरणायां नाश्यां च मध्ये प्रतिष्ठित इति । कतमा वरणा कतमा नाशीति । सर्वाणीन्द्रियकृतानि पापानि वारयति सा वरणा सर्वाणीन्द्रियकृतानि पापानि नाशयति चेति नाशीति । कतमच्चास्य स्थानं भवतीति । भ्रुवोर्घ्राणस्य च यः सन्धिः स एष द्योलोकस्य परस्य च सन्धिर्भवति । (cf. Oupnek'h II, p. 242. Locus perspicuus quidem est, sed vix latine exprimi potest propter lusum verborum, quem continet. Nomen scilicet urbis Benares est: वरणसी seu वराणसी

et derivatur secundum Wilsonum a duobus rivis वरणा et असी; hic vero nomen secundi rivi potius नासी seu नाशी est; voce वरणा alluditur ad supercilia, quae oculos coercent, voce नासी ad narem. Locus igitur ille inter supercilia comparatur cum sacra urbe Varanasi, ubi sapientia habitat). Supremum itaque numen in homine est, eum luce sua illustrat, eiusque actiones videt, sed non tangitur illis neque fructu eorum. Quodsi autem in Cathaca hic affirmatur, utrumque illorum, qui in caverna sunt, mercedem operum percipere, hoc ita intelligendum est: unus revera percipit propter ignorantiam, alter quasi percipit, quia activitatis testis (साक्षी) et ultima quodammodo caussa est; cf. Sanc. B. S. p. 49. Alibi tamen accurate inter fruentem et testem distinguitur. Mund. p. 6, l. 5. द्वा सुपर्णा सयुजा सखाया समानं वृक्षं परिषस्वजाते । तयोरन्यः पिप्पलं स्वाद्वत्त्यनश्नन्नन्यो अभिचाकशीति । समाने वृक्षे पुरुषो निमग्नोऽनीशया शोचति मुह्यमानः । „Duae aves coniunctae et amicae eandem arborem amplectebantur; earum una dulcem fructum ficus religiosae edit, altera non edens videt. Homo in eandem arborem demersus propter impotentiam dolet animo perturbato.“ (Sine dubio scrib. स्वादु अत्ति ad numeros restituendos; praebet hoc Sanc. schol. p. 35.; sic paullo post mallem अनीशया. Arbor est corpus, cf. Colebr. As. Res. VIII, p. 432.) Hic supremus animus et vivens, eius umbra, in nobis mori et generari non possunt; vivens non creatus est, creatum vero vehiculum, quo in agendo utitur: corpus et sensus;

hoc si destructum est, homo mori dicitur. Vehiculum autem illud ex his partibus constat. Sanc. B. S. II, 4, 6. p. 225. शब्दस्पर्शरूपरसगन्धविषयाः पञ्चबुद्धिभेदाः तदर्थानि पञ्चबुद्धीन्द्रियाणि वचनादानविहरणोत्सर्गानन्दाः पञ्चकर्मभेदाः तदर्थाणि पञ्चकर्मेन्द्रियाणि सर्वार्थविषयं त्रैकाल्यवृत्ति मन एकमनेकवृत्तिकं तदेव वृत्तिभेदात् क्वचिद्भिन्नवद् व्यपदिश्यते मनो बुद्धिरहंकारश्चित्तमिति । „sonum, tactum, formam, gustum, odorem pro obiectis habent quinque rationis divisiones; inserviunt iis quinque rationis sensus; loqui, capere, incedere, emittere et generare sunt quinque actionis divisiones; inserviunt iis quinque actionis sensus; omnia haec pro obiecto habet et in tribus temporibus agit mens una, multiplici modo agens; ea actionis divisione nonnullis locis quasi divisa perhibetur: mens, ratio, egoismus, cogitatio.“ बुद्धिः igitur hic pars mentis appellatur; eius actio est अध्यवसायः intentio (cf. Sanc. ad Cath. p. 42, l. 4.) h. e. primus ad agendum impulsus. Hae omnes facultates nonnunquam nomine प्राणाः (spiritus) comprehenduntur; proprie tamen vox illa significat principium spirandi. Spiritus inter omnes sensus primum locum obtinet saepeque occurrunt in Upanishadibus sensuum de primo loco altercationes, quae semper sic finiuntur, ut maximus honor spiritui deferatur. Hic autem quinque habet activitates; loc. scr. ap. Sanc. II, 4, 9. p. 228. यः प्राणः स वायुः स एष वायुः पञ्चविधः प्राणोऽपानो व्यान उदानः समानः । „qui spiritus, is ventus; hic ventus quincuplex: respiratio, crepitus, transpiratio, cordis cum cerebro communicatio, digestio;“ cf. Ve-

dantas. p. 9. Consentiunt autem in hac doctrina Vedantici cum Sankhyicis, in eo solum differunt, quod hi communem omnium organorum activitatem spiritum vocent (quemadmodum undecim aves cavea inclusae quando simul evolant, caveam secum portant, sic undecim organa simul agentia corpus movent et vivere faciunt), illi vero propriam ei activitatem assignent. Ventus vero spiritus ideo solum appellatur, quia vento in corpore humano respondet. Omnia haec: decem sensus, mens, quadruplici modo agens, spiritus quincuplex subtili forma praedita sunt eorumque complexus est corpus subtile, quod in morte crassam elementorum compagem relinquit; cf. Vedantas. p. 8. sqq. Ideo etiam in loco Cathacae corpus externum currus appellatur, qui a corpore illo subtili (mente, ratione, sensibus) regitur.

Homo hac indole praeditus durante vita ad hos potissimum status pervenire potest: vigilandi, somniandi et perfectae quietis, de quibus vide excerpta e Sancarae commentario (III, 2, 1. sqq.) inserta libro patris mei carissimi: Hist. phil. I, 3. p. 1413. sqq., ubi multa quoque invenies de vera dogmatum illorum Indicorum interpretatione perquam utilia. Addo paucos locos ex aliis Sancarae capitibus petitos. Sanc. B. S. I, 1, 9. p. 23. मनःप्रचारोपाधिविशेषसंबन्धादिन्द्रियार्थान् गृह्णंस्तद्विशेषापन्नो जीवो जागर्ति । तद्वासनाविशिष्टः स्वप्नान् पश्यन्मनःशब्दवाच्यो भवति । स उपाधिद्वयोपरमे सुषुप्त्यवस्थायामुपाधिकृतविशेषाभावात् स्वात्मनि प्रलीन इवेति स्वं ह्यपीतो भवति । „vivens vigilat, si sensuum obiecta propter

inhaerentem distinctionem, quae oritur e delusione per egressum mentis, percipit eorumque distinctionem adipiscitur; eorum imaginatione distinctus si somnia videt, voce *mens* appellandus est; is, quando utraque delusio cessat, in statu perfectae quietis propter absentiam distinctionis per delusionem factae, in suo animo (ipso) quasi solvitur; se ipsum enim adeptus est.“ In statu igitur vigilandi mens nostra e nobis quasi egreditur, nos ab aliis distinguit unitatis plane oblita; in somno se in se ipsam quidem recipit, sed tota dominatur et imaginatione novos mundos in nobis creat; in quieto tandem sopore ad veram cum Deo unitatem revertimur. Tertium hunc statum describit loc. script. ap. Sanc. B. S. I, 1, 23. p. 43. यदा वै पुरुषः स्वपिति प्राणं तर्हि वागप्येति प्राणं चक्षुः प्राणं मनः प्राणं श्रोत्रं स यदा प्रबुध्यते प्राणादेवाधि पुनर्जायन्ते । „quando homo dormit, tum in spiritum loquela abit, in spiritum oculus, in spiritum mens, in spiritum auris: is quando expergiscitur, e spiritu rursus oriuntur.“ Caushitaci ap. eund. I, 3, 30. p. 90. यदा सुप्तः स्वप्नं न कंचन पश्यत्यथास्मिन् प्राण एवैकधा भवति तदैनं वाक् सर्वैर्नामभिः सहाप्येति चक्षुः सर्वै रूपैः सहाप्येति श्रोत्रं सर्वैः शब्दैः सहाप्येति मनः सर्वैर्ध्यानैः सहाप्येति स यदा प्रतिबुध्यते यथाग्नेर्ज्वलतः etc. (cf. supra p. 144.) „quando dormiens nullum somnium videt, tum in eo spiritus simplex fit; tum in spiritum (summum Brahma hic spiritum appellari docet Sancara B. S. I, 1, 23. p. 34.) loquela cum omnibus nominibus abit, oculus cum omnibus formis, auris cum omnibus sonis, mens

cum omnibus imaginationibus; is quando expergiscitur, quemadmodum ex igne ardente scintillae etc. (cf. Oupnek'h. II, p. 86.)." Sanc. B. S. I, 3, 8. p. 69. सुषुप्त्यवस्थायां प्राणग्रस्तेषु करणेषु दर्शनादिव्यवहारनिवृत्तिदर्शनात् सम्भवति प्राणस्यापि यत्र नान्यत्पश्यतीत्येतत् लक्षणं । तथा च श्रुतिः न शृणोति न पश्यतीत्यादिना सर्वकरणव्यापारप्रत्यस्तमयरूपां सुषुप्त्यवस्थामुक्त्वा प्राणाग्नय एवैतस्मिन् पुरे जाग्रतीति तस्यामेवावस्थायां पञ्चवृत्तेः प्राणस्य जागरणं ब्रुवती प्राणप्रधानां सुषुप्त्यवस्थां दर्शयति । „quum in statu perfectae quietis omnes sensus spiritu absorpti sint et cessent activitates videndi etc., quadrat etiam in spiritum definitio illa: *ubi non aliud videt* etc. Et sic scriptura, postquam verbis: *non audit*, *non videt* etc. statum perfectae quietis ut occasum omnis sensuum activitatis designavit, verbis: *ignes spiritus in illa urbe vigilant* spiritum quinque modis agentem in illo statu vigilare dicens, statum perfectae quietis praecipue spiritu regi demonstrat. (Adduco haec tantum propter quietis descriptionem; quae de spiritu dicuntur, non plane orthodoxa sunt)." Ib. paullo post: संप्रसाद इति सुषुप्तिस्थानमुच्यते सम्यक् प्रसीदत्यस्मिन्निति निर्वचनात् । वृहदारण्यके च स्वप्नजागरितस्थानाभ्यां सहपाठात् । तस्यां च संप्रसादावस्थायां प्राणो जागर्तीति प्राणोऽत्र संप्रसादोऽभिप्रेयते । „*samprasada* (serenitas) sic nominatur locus perfectae quietis; quia, ut etymologia monstrat, in illo recte serenatur; et quia in Vrihadaranyaco simul cum locis somni et vigiliae legitur: *in illo serenitatis statu spiritus vigilat*; spiritus itaque serenitas perhibetur." Vox *samprasada* etiam occurrit Chhand. VIII, 3 et 12. cf. supr. p. 124. Colebrookius Trans. II, p. 16.

cam per: *living soul* exprimit; significatur ea divinus animus noster, qui in perfecta quiete cum Deo copulatur. Sanc. B. S. I, 3, 20. p. 81. संप्रसादशब्दोदितो जीवो जागरितव्यवहारे देहेन्द्रियपञ्जराध्यक्षो भूत्वा तद्वासनानिर्मितांश्च स्वप्नान् नाडीचरोऽनुभूय श्रान्तःशरणं प्रेप्सुरुभयरूपादपि शरीराभिमानात् समुत्थाय सुषुप्तावस्थायां परं ज्योतिराकाशशब्दितं परं ब्रह्मोपसंपद्य विशेषविज्ञानत्वं परित्यज्य स्वेन रूपेणाभिनिष्पद्यते । „animus vivens voce samprasada appellatus, in vigiliae activitate corporis et sensuum carceri praepositus et somniis per eorum imaginationem formatis, dum in arteriis moratur, perfructus, internum refugium desiderans, egressus e corporis egoismo, qui utramque formam habet, in statu perfectae quietis summum lumen h. e. aetheris nomine appellatum summum Brahma adeptus, relicta omni cognitione distinctiva, suam formam nanciscitur.“ Chhandogya VIII, 3. तद्यथापि हिरण्यनिधिं निहितमक्षेत्रज्ञा उपर्युपरि संचरन्तो न विन्देयुरेवमेवेमाः सर्वाः प्रजा अहरहर्गच्छन्त्येतं ब्रह्मलोकं न विन्दन्ति । „quomodo qui fundum non cognoscunt, super thesaurum auri depositum transgressi eum non inveniunt, sic omnes hae creaturae quotidie proficiscuntur in illum mundum Brahmanis et non inveniunt.“ Ib. sect. 6. तद्यत्रैतत् सुप्तः समस्तः संप्रसन्नः स्वप्नं न विजानात्यासु नाडीषु सृप्तो भवति तं न कश्चन पाप्मा स्पृशति तेजसा हि तदा संपन्नो भवति । „quando dormiens totus serenus somnium non percipit, in has arterias tum profectus est; illum nullum peccatum attingit; cum lumine enim tum coniunctus est.“ In hoc igitur animi humani statu omnes sensus in spiritu merguntur (quia ex omnibus actionibus

sola spiratio superest), spiritus autem ipse, seu animus vivens (serenitas), solvitur in supremo animo, intrat per arterias in sanctum illud cordis cubiculum, ubi Brahma (lumen, aether, ens etc.) dominatur, ibique propriam suam formam induit. Hi sunt tres status, ad quos omnes homines perveniunt; additur iis quartus in nonnullis Vedanticorum libris, qui a numero तुरीयं (quartus) nominatur; eius naturam exponit Maitrayani-Upan. (Oupnek'h. T. I, p. 374.). Redit quippe animus humanus e perfecta quiete et unione cum Brahmane in vitam activam, quia nondum ignorantiam abiecit; quodsi vero sapiens se unum esse cum supremo numine semper cogitat et sic externas res perpetua contemplatione quasi destruit, tum iam durante vita illum libertatis statum nanciscitur, cuius naturam supra (p. 125.) illustravi; atque hoc est तुरीयं, quod nomen etiam de summo Deo usurpatur. Hanc contemplationem saepe ecstaticam fuisse, demonstrat Sancara B. S. III, 2, 24. p. 268.; postquam enim rationem reddidit, cur Brahma conspici non possit, sic pergit: अपि चैनमात्मानं निरस्तसमस्तप्रपञ्चमव्यक्तं संराधनकाले पश्यन्ति योगिनः । संराधनं भक्तिध्यानप्रणिधानाद्यनुष्ठानं । कथं पुनरवगम्यते संराधनकाले पश्यन्तीति प्रत्यक्षानुमानाभ्यां श्रुतिस्मृतिभ्यामित्यर्थः । तथा हि श्रुतिः पराञ्चि खानि व्यतृणत् स्वयम्भूस्तस्मात् पराङ् पश्यति नान्तरात्मन् । कश्चिद्धीरः प्रत्यगात्मानमैक्षदावृत्तचक्षुरमृतत्वमिच्छन्निति । ज्ञानप्रसादेन विशुद्धसत्त्वस्ततस्तु तं पश्यति निष्कलं ध्यायमान इत्येवमाद्या । „animum quoque illum, omni mutatione liberum et inevolutum, tempore perfectae meditationis conspiciunt ascetae; perfe-

cta meditatio autem est observatio variorum contemplandi generum. Quomodo vero illud probatur, eos tempore meditationis conspicere? E manifesto et e conclusione; h. e. e s. scriptura et ex aliis libris magnae auctoritatis. Sic enim scriptura (Cath. p. 8, l. 12.): *aversos sensus violavit dominus; eam ob caussam res aversas videt homo, non internum animum. Quidam vero sapiens supremum animum videbat oculo ab omnibus externis rebus remoto, immortalitatem desiderans*; et alio loco (Mundac. p. 7, l. 3.): *purgata per gratiam (serenitatem) cognitionis natura deinde illum videt indivisum meditans.*" — Mors, quae ultimus est hominis status, magnam habet cum perfecta quiete similitudinem; absorbentur enim omnes facultates in spiritu, spiritus in lumine, lumen in supremo Brahmane (Chhand. VI, 15.). Accuratam eius descriptionem exhibuit Colebrookius Trans. II, p 29. sqq. In morte autem multiplex hominis conditio esse potest; qui veram Dei cognitionem acquisivit, in ipso mortis momento cum supremo Brahmane coniungitur et sic perfecte liberatur; qui pietate quidem, fide et poenitentia insignis erat, at nondum pura sapientia imbutus, non abiicit subtile illud corpus, de quo supra locuti sumus, sed eo vestitus ad mundum Brahmanis (inferioris et mutati) pervenit, ibique summa felicitate fruitur, etiamsi postea (novo mundi aevo incipiente) in migrationem revertatur. Caeteri, qui communia tantum legum praecepta observarunt et me-

diocri virtute praediti sunt, corpore e sensibus et subtilibus elēmentis (praedominante tamen aqua) composito in lunam proficiscuntur et acceptis praemiis in hoc mundo iterum nascuntur; peccatores in inferno puniuntur et deinde rursus corpora intrant. Tractat hanc doctrinam Chhandogya capitis quinti ea sectione, quae पञ्चाग्निविद्या (quinque ignium scientia) appellatur; commentarium loci illius praebet Sancara B. S. III, 1. p. 235 — 249. et IV, 3. Quinque autem hi ignes sunt quinque sacrificia, e quorum primo rex Soma h. e. nectar in luna procedit, e secundo imber, e tertio alimentum, e quarto semen, e quinto embryo; hic quippe est ordo, quo animi eorum, qui toti in operibus occupati erant, rursus in mundum descendunt. De duplici itinere deinceps haec sequuntur (Chhand. V, 10.): तद्य इत्थं विदुर्ये चेमेऽरण्ये श्रद्धा तप इत्युपासते तेऽर्चिषमभिसंभवन्त्यर्चिषोऽहरह्न आपूर्यमाणपक्षमापूर्यमाणपक्षाद्यान् षडुदङेति मासांस्तान् मासेभ्यः संवत्सरं संवत्सरादादित्यमादित्याच्चन्द्रमसं चन्द्रमसो विद्युतं तत्पुरुषोऽमानवः स एतान् ब्रह्म गमयत्येष देवयानः पन्था इत्यथ य इमे ग्राम इष्टापूर्ते दत्तमित्युपासते ते धूममभिसंभवन्ति धूमाद्रात्रिं रात्रेरपरपक्षमपरपक्षाद्यान् षड् दक्षिणैति मासांस्तानेते संवत्सरमभिप्राप्नुवन्ति मासेभ्यः पितृलोकं पितृलोकादाकाशमाकाशाच्चन्द्रमसमेष सोमो राजा तद् देवानामन्नं तद्देवा भक्षयन्ति तस्मिन् यावत् संपातमुषित्वाथैतमेवाध्वानं पुनर्निवर्तन्ते यथेतमाकाशमाकाशाद्वायुं वायुर्भूत्वा धूमो भवति धूमो भूत्वाभ्रं भवत्यभ्रं भूत्वा मेघो भवति मेघो भूत्वा प्रवर्षति । त इह व्रीहियवा ओषधिवनस्पतयस्तिलमाषा इति जायन्तेऽतो वै खलु दुर्निःप्रपतरं यो यो ह्यन्नमत्ति यो रेतः सिंचति तद्भूय एव भवति । तद्य इह रमणीयचरणा अभ्याशो ह यत्ते (non intelligo haec verba; ते respondet praecedenti ये) रमणीयां योनिमापद्येरन् ब्राह्मणयोनिं वा

क्षत्रिययोनिं वा वैश्ययोनिं वाथ य इह कपूयचरणा अभ्याशो ह यत्ते कपूययोनिमापद्येरन् श्वयोनिं वा शूकरयोनिं वा चाण्डालयोनिं वाथैतयोः पथोर्न कतरेण चन तानीमानि क्षुद्राण्यसकृदावर्तीनि भूतानि भवन्ति जायस्व म्रियस्वेत्येतत् तृतीयं स्थानं तेनासौ लोको न संपूर्यते । „Qui sic sciunt et qui in silva fidem et poenitentiam colunt, ii ignem adipiscuntur, ex igne diem, e die crescentem lunationis partem, ex ea sex menses, in quibus sol versus boream it, ex iis mensibus annum, ex anno solem, e sole lunam, e luna fulgur; cius genius Amanava; is illos ad Brahma perducit; haec est via deorum. Qui vero in vico opera pia et munificentiam colunt, ii fumum ingrediuntur, e fumo noctem, e nocte secundam lunationis partem, ex ea sex menses, in quibus sol dextram versus it; ii ad annum perveniunt; e mensibus mundum patrum, e mundo patrum aetherem, ex aethere lunam; is rex Soma, id deorum alimentum, eo vescuntur. Postquam illic, quamdiu oportuit, habitarunt, hac via rursus revertuntur, quomodo venerunt, in aetherem, ex aethere in ventum, ventus fumus fit, fumus nebula fit, nebula nubes fit, nubes pluit; illi hic oryza vel hordeum vel herbae vel arbores vel sesama fiunt, hinc difficilior progressus; quicunque alimentum edit et semen emittit, hoc deinde fit; qui hic bona opera perficiunt, ii bonam matricem adipiscuntur, Brahmanae, seu Cshatriyae, seu Vaisyae; qui vero mala opera perficiunt, malam matricem adipiscuntur, canis, seu apri, seu Chandalae. Neutra harum viarum hac parvae saepe-

que revertentes creaturae sunt, semper nascuntur et moriuntur; haec est tertia statio; propterea ille mundus non impletur.“ *) गानेभ्यः गंतव्तरं । ultimam vocem addidi e Sanc. B. S. IV, 3, 2. p. 362. तानेते etc. dubito, num sequentia sana sint. — यथेतं । यथागतं । Sanc. B. III, 1, 8. p. 243. भूत्वाभ्रं Sanc. B. S. III, 1, 22. p. 247. दुर्निःप्रपतरं । Sanc. B. S. III, 1, 23. p. 247. तकार एकः छान्दस्यां प्रक्रियायां लुप्तो मन्तव्यः दुर्निःप्रपततरं दुर्निःक्रमतरं । —. Talia fere de hominis natura et de variis eius in vita et post mortem conditionibus docuere Vedantici. Quum autem praecipuum eorum mysterium sit humani animi cum Deo unitas, necessario sequitur hominis eandem evolutionem esse, quae in toto universo conspicitur, h. e. Brahma in homine ut microcosmo respondere Brahmani in universo ut macrocosmo. Hinc illa de sole, luna, vento etc. in corde humano, hinc constans humanarum partium cum rebus externis parallelismus, qui tamen aliis locis aliter exornatur; modo enim vox igni respondet, modo aeri etc. (cf. Chhandogya passim); in eo omnes Indorum scholae consentiunt, quinque sensus totidem elementis comparandos esse. Quomodo vero in externo mundo variis elementis varii dii praesunt, sic etiam sensus numinibus illis reguntur atque adeo improprie (nam revera hominem in metempsychosi comitantur) post mortem ad ea numina

*) Quam similia haec sint Manichaeorum placitis, neminem latere potest.

proficisci dicuntur. Loc. script. ap. Sanc. B S. III, 1, 4. p. 237. अस्य पुरुषस्य मृतस्याग्निं वागप्येति वातं प्राणः — ओषधीर्लोमानि वनस्पतीन् केशाः । „huius hominis mortui loquela in ignem abit, spiritus in ventum — capilli (minores) in herbas, caesaries in arbores;“ quod allegorice tantum sumendum esse, docet Sancara. Porro ut Brahma post huius creationis destructionem quasi dormit et expergefactum novos mundos producit, sic animus humanus in perfecta quiete intimam naturam suam adeptus totum mundum non percipit, expergefactus vero eum denuo quasi creat; cf. locum script. p. 144. init. et p. 170. Oritur hic difficilis quaestio; quodsi enim homo natura sua Brahma est et ignorantia tantum ab aliis distinguitur, etiam creatio, quam videt, subiectiva tantum esse potest et e sensibus suis orta. Multos invenies in libris Vedanticis locos, qui hoc indubitanter docere videntur; attamen cautela adhibenda est. Nam Vedantici Brahma voluntate sua multiplex factum esse dicunt; multiplicia autem illa eo tantum multiplicia sunt, quod originis suae non recordantur, et omnipotentiam perdiderunt; itaque sensus et elementa et reliquae res externae non per se ipsa producuntur, sed per Brahma; praeterea quaevis res habet suum quasi ignorantiae ius et realitatem relativam. Hinc elucet, microcosmum referre quidem imaginem macrocosmi, sed non plane cum eo congruere; alioqui enim ignorantia in una homine destructa, totus mundus cessaret. Fatendum

est, Vedanticos hanc rem non satis clare exposuisse, plerumque tamen absoluto idealismo propiores esse. Quo melius vero haec hominis cum Deo et mundo coniunctio appareat, epimetrum addo capitis sexti Chhandogyae secundam partem, sanctissimum Vedanticorum capitulum, quod semper in ore habent et honorifice महावाक्यं h. e magnum sermonem appellant; cf. Vedansas. p. 17. In quo loco edendo magnopere desideravi aliorum manuscriptorum et praecipue Sancarae scholiorum opem; multa enim occurrunt dubia, nonnulla, ut videtur, corrupta. Ampliorem commentarium propter arctos huius opusculi fines adiicere non potui; quare alio tempore hanc officii mei partem explebo.

उद्दालको हारुणिः श्वेतकेतुं पुत्रमुवाच । स्वप्नान्तं मे सोम्य विजानीहीति । यत्रैतत् पुरुषः स्वपिति नाम सता सोम्य तदा संपन्नो भवति स्वमपीतो भवति तस्मादेनं स्वपितीत्याचक्षते स्वं ह्यपीतो भवति । स यथा शकुनिः सूत्रेण प्रबद्धो दिशं दिशं पतित्वान्यत्रायतनमलब्ध्वा बन्धनमेवोपश्रयत एवमेव खलु सोम्य तन्मनो दिशं दिशं पतित्वान्यत्रायतनमलब्ध्वा प्राणमेवोपश्रयते प्राणबन्धनं हि सोम्य मन इत्यशनायापिपासे मे सोम्य विजानीहीति । यत्रैतत् पुरुषोऽशिशिषति नामाप एव तदशितं नयन्ते । तद्यथा गोनायोऽश्वनायः पुरुषनाय इत्येवं तदप आचक्षतेऽशनायेति । तत्रैतच्छुङ्गमुत्पतितं सोम्य विजानीहि नेदममूलं भविष्यतीति । तस्य क्व मूलं स्यादन्यत्रान्नादेवमेव खलु सोम्यान्नेन शुङ्गेनापो मूलमन्विच्छाद्भिः सोम्य शुङ्गेन तेजो मूलमन्विच्छ तेजसा सोम्य शुङ्गेन सन्मूलमन्विच्छ सन्मूलाः सोम्येमाः सर्वाः प्रजाः सदायतनाः सत्प्रतिष्ठाः । अथ यत्रैतत् पुरुषः पिपासति नाम तेज एव तत् पीतं नयते । तद्यथा गोनायोऽश्वनायः पुरुषनाय इत्येवं तत् तेज आचष्ट उदन्येति (1) । तत्रैतदेव

1) Cod. उदन्यतेति.

शुङ्गमुत्पतितं सोम्य विजानीहि नेदममूलं भविष्यतीति तस्य क्व मूलं स्यादन्यत्राद्भ्यो ऽद्भिः सोम्य शुङ्गेन तेजो मूलमन्विच्छ तेजसा सोम्य शुङ्गेन सन्मूलमन्विच्छ सन्मूलाः सोम्येमाः सर्वाः प्रजाः सदायतनाः सत्प्रतिष्ठाः। यथा नु खलु सोम्येमास्तिस्रो देवताः पुरुषं प्राप्य त्रिवृत् त्रिवृदेकैका भवति तदुक्तं पुरस्तादेव भवत्यस्य सोम्य पुरुषस्य प्रयतो वाङ् मनसि संपद्यते मनः प्राणे प्राणस्तेजसि तेजः परस्यां देवतायां। स य एषो ऽणिमैतदात्म्यमिदं सर्वं तत् सत्यं स आत्मा तत् त्वमसि श्वेतकेतो इति। भूय एव मा भगवान् विज्ञापयत्विति तथा सोम्येति होवाच। ॥ ८ ॥ यथा सोम्य (2) मधुकृतो निस्तिष्ठन्ति (3) नानात्ययानां वृक्षाणां रसान् समाहारमेकतां रसं गमयन्ति ते यथा तत्र न विवेकं लभन्ते ऽमुष्याहं वृक्षस्य रसो ऽस्म्यमुष्याहं वृक्षस्य रसो ऽस्मीत्येवमेव खलु सोम्येमाः सर्वाः प्रजाः सति संपद्य न विदुः सति संपद्यामह इति। त इह व्याघ्रो वा सिंहो वा वृको वा वराहो वा कीटो वा (4) पतङ्गो वा दंशो वा मशको वा यद्यद्भवन्ति तदा भवन्ति। स य एषो ऽणिमैतदात्म्यमिदं सर्वं तत् सत्यं स आत्मा तत् त्वमसि श्वेतकेतो इति। भूय एव मा भगवान् विज्ञापयत्विति तथा सोम्येति होवाच। ॥ ९ ॥ इमाः सोम्य नद्यः पुरस्तात् प्राच्यः स्यन्दन्ते पश्चात् प्रतीच्यस्ताः समुद्रात् समुद्रमेवापियन्ति तत्सं समुद्र एव भवति ता यथा तत्र न विदुरियमहमस्मीयमहमस्मीत्येवमेव खलु सोम्येमाः सर्वाः प्रजाः सत आगम्य न विदुः सत आगच्छामह इति। त इह व्याघ्रो वा सिंहो वा वृको वा वराहो वा कीटो वा पतङ्गो वा दंशो वा मशको वा यद्यद्भवन्ति तदा भवन्ति। स य एषो ऽणिमैतदात्म्यमिदं सर्वं तत् सत्यं स आत्मा तत् त्वमसि श्वेतकेतो इति। भूय एव मा भगवान् विज्ञापयत्विति तथा सोम्येति होवाच। ॥ १० ॥ अस्य सोम्य महतो वृक्षस्य यो मूले ऽभ्याहन्याज्जीवन् (5) स्रवेद्यो मध्ये ऽभ्याहन्याज्जीवन् स्रवेद्यो ऽग्रे ऽभ्याहन्याज्जीवन् स्रवेत् स एष जीवेनात्मनानुप्रभूतः पेपीयमानो मोदमानस्तिष्ठत्यस्य यदेकां शाखां जीवो जहात्यथ सा शुष्यति द्वितीयां जहात्यथ सा शुष्यति

---

2) Cod. addit मधु, quod ejeci. 3) Cod. निह्नन्ति. 4) Addidi वा, quod in cod. omissum. 5) Cod. hic et in sequentibus praebet quidem जीवं, sed non anusvarae necessarii signo; quare जीवन् scripsi.

तृतीयां जहात्यथ सा शुष्यति सर्वं जहाति सर्वः शुष्यत्येवमेव खलु सोम्य विद्धीति होवाच जीवापेतं वाव किलेदं म्रियते न जीवो म्रियत इति । स य एषो ऽणिमैतदात्म्यमिदं सर्वं तत् सत्यं स आत्मा तत् त्वमसि श्वेतकेतो इति। भूय एव मा भगवान् विज्ञापयत्विति तथा सोम्येति होवाच । ॥११॥ न्यग्रोधफलमत आहरेतीदं भगव इति भिन्धीति भिन्नं भगव इति किमत्र पश्यसीत्यण्व्य इवेमा धाना भगव इत्यासामङ्गैकां भिन्धीति भिन्ना भगव इति किमत्र पश्यसीति न किंचन भगव इति तं होवाच यं वै सोम्यैतमणिमानं न निभालयस एतस्य वै सोम्यैषो ऽणिम्न एवं महान्यग्रोधस्तिष्ठति श्रद्धत्स्व सोम्येति। स य एषो ऽणिमैतदात्म्यमिदं सर्वं तत् सत्यं स आत्मा तत् त्वमसि श्वेतकेतो इति । भूय एव मा (६) भगवान् विज्ञापयत्विति तथा सोम्येति होवाच । ॥१२॥ लवणमुदके ऽवधायाथ मा प्रातरुपसीदथा (७) इति । स ह तथा चकार । तं होवाच यद् दोषा लवणमुदके ऽवाधा (८) अङ्ग तदाहरेति । तद्धाव मृश्य न विवेद यथा विलीनमेवाङ्गास्यान्तादाचामेति । कथमिति । लवणमिति । मध्यादाचामेति । कथमिति । लवणमित्यन्तादाचामेति । कथमिति । लवणमित्यभिप्रास्यैतदथ मोपसीदथा इति । तद्ध तथा चकार । तच्छश्वत् संवर्तते (९) । तं होवाचात्र वाव किल सत् सोम्य न निभालयसे ऽत्रैव किलेति । स एषो ऽणिमैतदात्म्यमिदं सर्वं तत् सत्यं स आत्मा तत् त्वमसि श्वेतकेतो इति । भूय एव मा भगवान् विज्ञापयत्विति । तथा सोम्येति होवाच । ॥१३॥ यथा सोम्य पुरुषं गन्धारेभ्यो ऽभिनद्धाक्षमानीय तं ततो ऽतिजने विसृजेत् स यथा तत्र प्राङ् वोदङ् वाधराङ् वा प्रध्मायीताभिनद्धाक्ष आनीतो ऽभिनद्धाक्षो विसृष्टस्तस्य यथाभिनहनं प्रमुच्य प्रब्रूयादेतां दिशं गन्धारा एतां दिशं व्रजेति स ग्रामाद्ग्रामं पृच्छन् पण्डितो मेधावी गन्धारानेवोपसंपद्येतैवमेवेहाचार्यवान् पुरुषो वेद तस्य तावदेव चिरं यावन्न वि-

6) Cod. om. verba inde a तत्. 7) Cod. उपसीदथ, quod correxi. Imperfectum sine augmento, etiam मा non praecedente, pro imperativo usurpatum; de secunda persona praesentis plur. cogitari non posse, hiatus ostendit; unicum mihi dubium est forma medii. 8) Cod. वाधाय aperto errore. 9) Horum verborum sensus mihi non perspicuus. Cod., ut videtur, तच्छश्वत्.

मोक्ष्येऽथ संपत्स्य इति । स य एषोऽणिमैतदात्म्यमिदं सर्वं तत् सत्यं स आत्मा तत् त्वमसि श्वेतकेतो इति । भूय एव मा भगवान् विज्ञापयत्विति । तथा सोम्येति होवाच । ॥१४॥ पुरुषं सोम्योपतापिनं ज्ञातयः पर्युपासते जानासि मां जानासि मामिति। तस्य यावन्न वाङ् मनसि संपद्यते मनः प्राणे प्राणस्तेजसि तेजः परस्यां देवतायां तावज्जानात्यथ यदास्य वाङ् मनसि संपद्यते मनः प्राणे प्राणस्तेजसि तेजः परस्यां देवतायामथ न जानाति । स य एषोऽणिमैतदात्म्यमिदं सर्वं तत् सत्यं स आत्मा तत् त्वमसि श्वेतकेतो इति । भूय एव मा भगवान् विज्ञापयत्विति तथा सोम्येति होवाच । ॥१५॥ पुरुषं सोम्योतहस्तगृहीतमानयन्त्यपहार्षीत् परशुमस्मै तपतेति स यदि तस्य कर्ता भवति तत एवानृतमात्मानं कुरुते सोऽनृताभिसन्धोऽनृतेनात्मानमन्तर्धाय परशुं तप्तं प्रतिगृह्णाति स दह्यतेऽथ हन्यतेऽथ यदि तस्याकर्ता भवति तत एव सत्यमात्मानं कुरुते स सत्याभिसन्धः सत्येनात्मानमन्तर्धाय परशुं तप्तं प्रतिगृह्णाति स न दह्यतेऽथ मुच्यते स यथा तत्र नादाह्येतैतदात्म्यमिदं सर्वं तत् सत्यं स आत्मा तत् त्वमसि श्वेतकेतो इति । तद्धास्य विजज्ञाविति विजज्ञाविति । ॥१६॥

॥ इति छान्दोग्ये षष्ठे प्रपाठके ॥

॥ महावाक्यं समाप्तं ॥

Uddalaca, Arunides, Svetacetui filio dixit: finem somni, o bone, a me cognosce; quando nempe dormit homo, tum ens, o bone, adeptus est; ad se ipsum pervenit; eam ob rem dormire eum dicunt, quia ad se ipsum pervenit. Quemadmodum avis filo ligata in omnes plagas evolat, sed nusquam alibi requiem nacta locum, ad quem alligata est, petit, sic etiam, o bone, illius (dormientis) mens in omnes plagas evolat, sed nusquam alibi requiem nacta spiritum petit; nam spiritu, o bone, ligata est mens. Famem et sitim, o bone, a me cognosce; quando nempe edere cupit homo, aqua ducit (in varias corporis partes) id, quod

edit; hinc quomodo de duce bovum et equorum et de duce hominum loquuntur, sic aquam famem (ducem cibi) appellant. Ficum illam alte surgentem cognosce, o bone; non sine radice erit. Ubi autem erit eius radix, nisi in alimento? sic per ficum, o bone, quae alimentum est, aquam radicem quaere, per ficum, o bone, quae aqua est, ignem radicem quaere; per ficum, quae ignis est, ens radicem quaere; ens pro radice habent omnes hae creaturae, in ente commorantur et ente nituntur. Quando bibere cupit homo, ignis ducit (in varias corporis partes) id, quod bibit; hinc quomodo de duce bovum et equorum et de duce hominum loquuntur, sic ignem illum sitim (ducem aquae) vocant. Ficum illam alte surgentem cognosce, o bone; non sine radice erit. Ubi autem esse potest eius radix, nisi in aqua? per ficum, o bone, quae aqua est, ignem radicem quaere; per ficum, o bone, quae ignis est, ens radicem quaere; ens pro radice habent omnes hae creaturae, in ente commorantur et ente nituntur. Qua ratione vero haec tria numina, si ad hominem perveniunt, quodcunque triplex fiat, id antea dixi. Morientis autem, o bone, hominis loquela mentem adipiscitur, mens spiritum, spiritus ignem, ignis summum numen. Quae est subtilitas illa, eius naturae hoc omne est, id verum est, is animus est, hoc tu es, o Svetacetus. Amplius me cognoscere facias, o venerabilis; faciam, o bone, inquit. — Quomodo, o bone, apes variarum (de

voce नानात्यय mihi non satis constat) arborum succos colligunt et succum ad unitatem perducunt, et quomodo succi tunc discriminare non possunt: illius arboris ego succus sum, illius arboris ego succus sum, sic etiam, o bone, omnes hae creaturae ens adeptae, non sciunt: cum ente iunctae sumus. Non enim tigris, vel leo, vel lupus, vel aper, vel vermis, vel locusta, vel culex, vel musca, quodcunque sunt, id tunc temporis sunt. Quae est subtilitas etc. — Hi fluvii, o bone, ante versus orientem labuntur, a tergo versus occidentem; ii e mari in mare proficiscuntur; hinc oritur mare; ii quomodo illic non sciunt, hic fluvius ego sum, ille fluvius ego sum, sic etiam, o bone, omnes hae creaturae ex ente venientes non sciunt: ex ente venimus; eae hic vel tigris, vel leo, vel lupus, vel aper, vel vermis, vel locusta, vel culex, vel musca, quodcunque sunt, id tunc temporis sunt. Quae est subtilitas etc. — Magnae huius arboris, o bone, si quis radicem laedit, vivens stillat, si quis medium laedit, vivens stillat, si quis cacumen laedit, vivens stillat; vita illa non ex se ipsa producta bibens et laetabunda perstat. Quando autem vita unum ramum relinquit, is exarescit; quando secundum relinquit, is exarescit, quando tertium relinquit, is exarescit, quando totum relinquit, tota arbor exarescit; sic etiam scito, o bone, inquit: corpus hoc a vita relictum moritur, non vita ipsa moritur. Quae est subtilitas etc. — Frugem fici Indicae illinc affer: en

tibi eam, o venerabilis; finde eam; fissa est o venerabilis; quid hic vides? Subtilia illa grana; eorum unum finde; fissum est, o venerabilis; quid hic vides? Prorsus nihil, o venerabilis. Cui ille: quam subtilitatem conspicere non potes, ex ea subtilitate magna haec ficus surgit; crede, o bone. Quae est subtilitas etc. — Sale in aquam misso mane ad me veni. Ille sic fecit. Cui Uddalaca, quod vesperi, inquit, sal in aquam misisti, id produc. Scrutatus illud non invenit; quasi solutum erat. Gusta aquam ab una parte; quid est? sal; a media parte; quid est? sal; ab altero latere; quid est? sal. Abiice istud atque ad me veni. Is sic fecit. Cui ille: ens, o bone, hic non vides, est tamen hic profecto. Quae est subtilitas etc. — Quemodo, o bone, si quis hominem velatis oculis e terra Gandharorum adducat et deinde in solitudine dimittat, is versus orientem, vel versus septentrionem, vel versus austrum flat (vox, ut mihi videtur corrupta, fortasse प्रध्मा-यीत *spectat*) velatis oculis adductus, velatis oculis dimissus; quodsi autem velamen solvat (alter) et dicat: versus illam regionem sunt Gandharae, versus illam regionem proficiscere, is a vico ad vicum quaeritans, doctus et sapiens, ad Gandharas pervenit, ita hic homo, qui magistrum habet, scit: tamdiu illius sum, quamdiu non liberabor, deinde nacturus sum. Quae est subtilitas etc. — Hominem, o bone, febricitantem affines circumsedent, interrogantes eum: nostine me, nostine me? Quam-

diu eius loquela mente non mersa est, mens spiritu, spiritus igne, ignis summo numine, tamdiu novit eos; si vero eius loquela mente mersa est, mens spiritu, spiritus igne, ignis summo numine, tum non novit eos. Quae est subtilitas etc. — Hominem, o bone, ligatis manibus adducunt clamantes: furatus est, candefacite illi asciam. Qui, si facinus perpetravit, se ipsum mendacem facit; mendax se mendacio tegens asciam candefactam accipit; is uritur et deinde necatur. Quodsi vero facinus non perpetravit, se ipsum veracem facit; verax se veritate tegens asciam candefactam accipit; is non uritur et deinde liberatur. Is quomodo illic non aduratur, eius naturae hoc omne est, id verum est, is animus est, hoc tu es, o Svetacetus. Id ab illo cognovit, cognovit.

E P I L O G U S.

Sic tandem, benevole lector, ad finem perduxi opusculum hoc parvum quidem et exiguae dotis, sed non exigui laboris. Praefatio cum tribus primis quaternionibus iam ante hos sex menses impressa erat, quo tempore usus sum ea libelli parte ad consequendos ab illustri huius universitatis philosophorum ordine summos in philosophia honores. Finiendi deinde opusculi varia fuerunt impedimenta; saepe me terrebat nimia suscepti laboris difficultas, saepe pigebat tantae in enarrandis Indicae doctrinae erroribus sedulitatis, quum quidquid in nobis virium sit, unicae potius veritati consecrandum esse videretur. Et difficultatis quidem haud minima pars erat linguae latinae ad tam abstrusa dogmata exprimenda ingenium parum flexibile; quare si docti nonnulla aut non satis accurate, aut aliis locis aliter reddita invenient, sermonis inopiae potius tribuant, quam indiligentiae meae; curavi tamen, ut voces saepissime obvias, e. g. आत्मा, पुरुषः, प्राणः, मनः, बुद्धिः etc., si fieri posset, iisdem semper latinis interpretarer; आत्मा igitur latino *animus* respondet, etiamsi saepenumero *ipsum* (das Selbst) significet; पुरुषः per *vir*, प्राणः, h. e. actio spirandi, per: *spiritus* reddidi;

मनः ex etymologicis rationibus *mentem* appellavi; बुद्धिः cum voce *ratio* congruere videtur; recessi in his nonnihil ab ea terminologia, quam secutus est Lassenius in Gymnosophista; vocabulis barbaris, ut *egoismus* etc., me usum esse, nemo, credo, reprehendet. De solvendis quibusdam dogmatum ipsorum nodis et de explicandis nonnullis locis plane desperabam; addidit tamen mihi stimulos benignum virorum doctorum iudicium, quibuscum primam partem communicaveram, inprimis Ram-Mohun-Rayae, egregii Vedanticae scholae decoris, approbatio. De altero scrupulo sic me consolabar: veritatis cognitionem etiam accurata erroris expositione iuvari; nam si perversa doctrina quasi in speculo proponitur, oculum verae luci assuetum nunquam fallere poterit. Habes hic sacratissimam ethnicorum revelationem, mystici enthusiasmi lucem erraticam, haud vulgaria philosophici acuminis exempla; vides antiquissimam gnosin, totius mythologiae radicem, posteriorum gnosticorum et pantheismi, qui totum Orientem infecit neque Occidentem intactum reliquit, aut matrem aut saltem consanguineam, summam omnium mysteriorum, e quibus salutem suam petiit paganismus per crucem devictus; hac doctrina nec meliora, neque audaciora invenerunt ii, qui post renatas, ut aiunt, literas Christianum nomen pantheismo dehonestarunt, neque nostrae aetatis sapientes; omnes quippe in mysterium illud iniquitatis coniurant, quod primus humani generis inimicus et

olim et nunc blando ore praedicavit et imperiosius aliquando praedicabit. Habent tamen Indi quandam erroris sui excusationem, quia non norunt evangelii gratiam. Quid mirum enim hominem paganum, summi numinis ideam abstracte contemplantem, nihil praeter illud esse posse existimare? veritas eum non docuit, Deum amore suo aliquid praeter se ponere posse, quod nullo suo iure existat. Non intellexerunt antiquas et obscuras traditiones de Deo trino, de filio aeterno et unigenito, quia filium incarnatum non audiverunt, et ideo quae est aeterna in Deo generatio, ea mundum produci opinantur. Non intellexerunt originale hominis peccatum et salvatoris promissionem, sed se natura Dei filios iam esse putarunt, quod adoptionis gratia demum efficiebatur. Sentiebant quidem ad cognoscendam veritatem revelatione opus esse, sed decipiebant se ipsi facticiis somniorum ecstaticorum illecebris. Si doctrina Vedantica hac ratione consideratur, hic libellus fortasse non inutilis erit: alioqui eum me non scripsisse mallem.

Scribebam Bonnae mense Ianuario.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 10, sl. 46. pro तद् वृक्षा Schlegelius elegantissima coniectura तद् वक्षा legendum esse censet.

p. 26. fin. Vox अनुविद्धः etiam in Visvanathae scholiis ad Gotamam saepius occurrit; videtur serioris usus.

p. 38, v. 46. post: *apparuerant* adde: *in undam transeunt, eaque evanescente.*

p. 48, l. 14. pro: *plilosophice* lege: *philosophice.*

p. 66, l. 29. pro प्रधाशोः lege प्रधात्तोः — l. 30. pro ऐत्तत l. ऐक्षत, quod vitium etiam in sequenti pagina ter commissum est.

p. 67, l. 27. Adde haec conditionalis exempla: प्रास्तोष्यो, उद्गास्यो, प्रत्यहरिष्यो; Chhand. I, 11.

p. 96, l. 5. pro: दृवान्त lege दृष्टान्त.

p. 98, l. 1. post: *et* adde: Chhandogy. I, 1.

p. 124, l. 14. pro: *supremam* l. *supremum.* — ib. l. 18. pro: *locus script.* leg. Cath. p. 9. fin.